DE GRAECORUM NOMINIBUS THEOPHORIS

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS SITTIG

BEROLINENSIS

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS

MCMXI

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
O. Kern, professor ordinarius.

Examen rigorosum habitum est a. d. V. non. Maias 1910.

Ex Dissertationum philologicarum Halensium vol. XX, 1
seorsum expressum.

PARENTIBUS MEIS

Index.

Ex his libris, qui continent inscriptiones Graecas, congessi theophora:

1. C. I. G. = Corpus inscriptionum Graecarum.
2. I. G. = Inscriptiones Graecae.
3. S. G. D. I. = Collitz-Bechtel: Sammlung der griechischen Dialektinschriften.
4. Le B.-F. = Le Bas-Waddington: Voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure, pars II.
   Le B.-W. = Idem, pars III.
5. S. I. G. = Dittenberger: Sylloge inscriptionum Graecarum, ed. altera.
6. Anc. Gr. inscr. = The collection of ancient greek inscriptions in the British Museum.
7. Annual = The annual of the British school at Athens.
8. Oesterr. J. = Jahreshefte des österreichischen archäologischen Institnts.
9. Arch. epigr. Mitt. = Archäologische und epigraphische Mitteilungen aus Österreich.
10. B. C. H. = Bulletin de correspondance hellénique.
11. *Δελτ. ἀρχ.* = *Δελτίον ἀρχαιολογικόν* (cf. I. G. I—III).
12. J. H. S. = The journal of hellenic studies.
13. A. M. = Mitteilungen des K. deutschen archäologischen Instituts in Athen.
14. Pap. Americ. sch. = Papers of the American school of classical studies at Athens.
15. Rev. ét. gr. = Revue des études grecques.
16. Rev. arch. = Revne archéologique.
17. Revue de philol. = Revue de philologie.
18. *Ἐφ. ἀρχ.* = *Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική.*
19. *Μ. κ. Β.* = *Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς τῆς ἐν Σμύρνῃ.*

20. S. B. P. A. = Sitzungsberichte der K. Preussischen Akademie der Wissenschaften, Berlin.
21. Mus. Ital. = Museo Italiano di Antichità Classica diretto da Domenico Comparetti, Firenze.
22. *Πρακτικά* = *Πρακτικὰ τῆς ἐν Ἀθήναις ἀρχαιολογικῆς ἑταιρίας.*
23. Carapanos = Constantin Carapanos: Dodone et ses ruines, Paris 1878.
24. *Κατ. Βολ.* = *Κατάλογος τῶν ἐν τῷ Ἀθανασακείῳ Μουσείῳ Βόλου ἀρχαιοτήτων, ἐν Ἀθήναις καὶ ἐν Βόλῳ* 1909, *ὑπὸ Α. Σ. Ἀρβανιτοπούλλου.*
25. Homolle: F. d. Delphes = Th. Homolle: Fouilles de Delphes.
26. Eretr. Gr. = Eretriske Gravskrifter udgivne af Chr. Blinkenberg, Kobenhavn 1891.
27. A. Conze: Att. Gr. = Alexander Conze: Die attischen Grabreliefs, Berlin 1893.
28. Fougères: Mantinée = Gustave Fougères: Mantinée et l'Arcadie orientale, Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome, fasc. 78, Paris 1898.
29. Olympia = Dittenberger-Purgold: Inschriften von Olympia, Berlin 1896.
30. Hogarth Cyprus = D. G. Hogarth: Devia Cypria, London 1889.
31. Murray Cyprus = Murray-Smith-Walters: Excavations in Cyprus, London 1900.
32. Cesnola = Cesnola: Cyprus, London 1877.
33. Smith-Porcher = History of the recent discoveries at Cyrene by R Murdoch Smith and E. A. Porcher, London 1864.
34. P. H. = Paton and Hicks: Inscriptions of Cos, Oxford 1891.
35. Herzog = Herzog: Koische Forschungen und Funde, Leipzig 1899.
36. Manolakakes *Καρπ.* = *Ἐμ. Μανωλακάκης: Καρπαθιακά, ἐν Ἀθήναις* 1896 (omnes fere inscr. in I. G. XII 1).
37. Stamatiades *Σαμ.* = Epameinondas Stamatiades: *Σαμιακά, ἐν Σάμῳ* 1881—1891.
38. Stamatiades *Ἰκαρ.* = Epameinondas Stamatiades: *Ἰκαριακά, ἐν Σάμῳ* 1893.

39. Paspates *Χιακ.* = *Α. Γ. Πασπάτης: Τὸ Χιακὸν Γλωσσάριον, ἐν Ἀθήναις* 1888.
40. Papageorgios = Papageorgios: Inedierte Inschriften von Mytilene, Leipzig 1900.
41. Lyc. I = Tituli Asiae Minoris I.
42. Lyc. II = Benndorf-Niemann: Reisen im südwestlichen Kleinasien, Wien 1884, 1889.
43. Priene = F. Hiller v. Gaertringen: Inschriften von Priene, Berlin 1906.
44. Magnesia = Otto Kern: Inschriften von Magnesia am Maiandros, Berlin 1900.
45. Eph. = O. Benndorf: Forschungen in Ephesos I. Wien 1906.
46. Hula-Szanto = Hula-Szanto: Bericht über eine Reise in Karien = Wiener Sitzungsberichte 1895.
47. *Τραλλ*^{0} = *Μιχ. Παπακωνσταντίνου: Αἱ Τράλλεις, ἐν Ἀθήναις* 1895.
48. *Μικρασ*^{0} = *Ἀλεξ. Κοντολέων· Ἀνέκδοτοι Μικρασιαναὶ ἐπιγραφαί, ἐν Ἀθήναις* 1890.
49. Wiegand Milet = Th. Wiegand: Milet, Heft II, Königliche Museen, Berlin 1908.
50. Lanck. Pamph. = Lanckoronski: Städte Pamphyliens und Pisidiens, Wien 1890 und 1892.
51. Buresch I = Buresch: Aus Lydien. Leipzig 1898.
52. Buresch II = Alfred Körte: Inscriptiones Bureschianae, Greifswald 1902.
53. Heb.-Wilh. = Heberdey-Wilhelm. Reisen in Kilikien. Wien 1896.
54. Perrot = Perrot: Inscriptions d'Asie mineure et de Syrie. Paris 1877.
55. Hierapolis Jahrb. = Hierapolis. Jahrbuch des Kaiserlich deutschen archäologischen Instituts. Ergänzungsheft 4.
56. Ramsay Cit. = The Cities and Bishoprics of Phrygia by W. M. Ramsay, Oxford 1895 and 1897.
57. Diest-Anton = W. v. Diest und M. Anton: Neue Forschungen im nordwestlichen Kleinasien. Dr. A. Petermanns Mitteilungen. Ergänzungsheft 116.
58. Keil-Premerstein = Bericht über eine Reise in Lydien und der südlichen Aiolis. Josef Keil und Anton von Premerstein,

Wien 1908. Denkschriften der Wiener Akademie, Phil.-hist. Klasse, LIII.

59. Perg. = Inschriften von Pergamon, Berlin 1890 und 1895.

60 Aegae Jahrb. = Bohn: Altertümer von Aegae, Jahrbuch des Kaiserlich deutschen archäologischen Instituts, Ergänzungsheft 2, 1889.

61. Neandria = Robert Koldeweg: Neandria. 51. Berliner Winckelmannsprogramm, Berlin 1891.

62. Nécr. Myr. = École française d'Athènes: La nécropole de Myrina, Edmond Pottier et Salomon Reinach, Paris 1888.

63. Chron. d'Or. = S. Reinach: Chroniques d'Orient, Paris 1891.

64. Wil. Nordion St. = v. Wilamowitz: Nordionische Steine, Abh. d. Kgl. Preuss. Akad. Berlin 1909.

65. Ilion = Dörpfeld: Troja und Ilion, Athen 1903.

66. Lat. = Bas. Latyschev: Inscriptiones antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini, Petropoli 1885, 1890, 1901.

67. Bulg. = E. Kalinka: Antike Denkmäler in Bulgarien, Schriften der Balkankommission, antiqu. Abt. IV, Wien 1906.

68. *Δημ*^{0} = *Μαργ. Δημίτσα· Ἡ Μακεδονία, ἐν Ἀθήναις* 1896.

69. Dalmat. = Die Inschriften und Münzen der griechischen Städte Dalmatiens von Josef Brunšmid. Wien 1898.

70. Flinders Petrie Naukratis = *Ἡ πόλις ἡ Ναυκρατιτῶν*, Naukratis, Part I. 1884—1885. by W. M. Flinders Petrie, London 1886.

71. Eckhel D. n. = Doctrina numorum veterum conscripta a Iosepho Eckhel, Vindobonae 1792—1798. 1826.

72. Mionnet = Mionnet: Description de médailles antiques grecques et romaines. Paris 1806—1808. 1819—1837.

73. C. G. C. = The catalogue of the Greek coins in the British Museum.

74. Imh.-Bl. I = Imhoof-Blumer: Monnaies grecques. Amsterdam 1883.

75. Imh.-Bl. II = Imhoof-Blumer: Kleinasiatische Münzen, Sonderschr. d. österr. archäol. Instituts I et 3, Wien 1901.

76. Imh.-Bl. III = Imhoof-Blumer: Lydische Stadtmünzen, Genf und Leipzig 1897.

77. Imh.-Bl. IV = Imhoof-Blumer: Griechische Münzen in dem Königlichen Münzkabinet im Haag, Berlin 1876.
78. Imh.-Bl. V = Imhoof-Blumer: Die Münzen Akarnaniens, Wien 1878.
79. Imh.-Bl. VI = Imhoof-Blumer: Die antiken Münzen Nordgriechenlands I 1, Berlin 1898.
80. Imh.-Bl. VII = Imhoof-Blumer: Beiträge zur Münzkunde und Geographie von Alt-Griechenland und Kleinasien, Berlin 1873.
81. Imh.-Bl. VIII = Imhoof-Blumer: Griechische Münzen in der Grossherzoglich-Badischen Sammlung in Karlsruhe, Berlin 1879.
82. Regl. = Regling: Die griechischen Münzen der Sammlung Warren, Berlin 1906.
83. v. Schlosser = Jul. v. Schlosser: Kunsthistorische Sammlungen des allerhöchsten Kaiserhauses I, Wien 1893.
84. Mus. Nap. = Catalogo del Museo Nazionale di Napoli, Monete Greche, Napoli 1870.
85. *Νομισμ⁰* = *Νομίσματα ἐν τῷ Ἐθνικῷ Νομισματικῷ Μουσείῳ, καταταχθέντα καὶ περιγραφέντα ὑπὸ Ἀχιλλέως Ποστολάκα, Ἀθήνησιν ΑΩΠΕ΄.*
86. Hunt. coll. = Catalogue of Greek coins in the Hunterian collection, University of Glasgow, edited by George Macdonald, Glasgow 1899, 1901, 1905.
87. Sundwall = Untersuchungen über die attischen Münzen des neueren Stiles v. J. Sundwall, Öfversigt af Finska Vetenskaps-Societetens Förhandlinger XLIX, 1906—1907, Nr. 9.
88. Head H. n. = Head: Historia nummorum.
89. Svoronos Creta = J.-N. Svoronos: Numismatique de la Crète ancienne, Macon 1890.
90. Num. Z. = Numismatische Zeitschrift, Wien.
91. Num. chron. = Numismatic chronicle.
92. Z. Num. Berl. = Zeitschrift für Numismatik v. H. Dressel und J. Menadier, Berlin.
93. Journ. d'arch. num. = Journal international d'archéologie numismatique, dirigé par J. N. Svoronos, Athènes.

Deos, qui in carminibus Homericis commemorantur, e diversis regionibus Graeciae paulatim progressos totam terram occupasse et insedisse aliis loco suo demotis aut in cultum novum receptis iam saepe demonstratum est; sed in perscrutanda Graecorum religione, de qua tam variae sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes atque in diversissimas partes discedentes sententiae, ut etiam de principalium deorum origine ac sedibus alii alia contendant, etsi difficile est numerare quot viri quanta scientia quantaque in studiis suis varietate et copia fuerint, qui non una aliqua in re separatim elaborarint, tamen parum adhuc tributum esse mihi videtur Graecorum nominibus ad deos pertinentibus, quae antiquos secuti theophora appellare consuevimus.[1])

Quo cultus deorum testimonio multo sinceriorem nobis aperiri religionis Graecae intellegendae fontem existimo, quia nomina hominibus data optime indicant, quo animo ingenioque sit populus vel gens; namque iis ipsis ea, quae antiquitus memoriae sunt tradita, magna fide conservantur ac retinentur et quaedam novae cogitationes rationesque non prius, quam funditus a populo receptae sunt, redduntur atque refulgent.

Haec nomina, de quibus agere mihi proposui, ut et singulorum patriam deorum et Graecorum in dis venerandis usum ac morem perspiceremus, primus tractare conatus est Theodorus Panofka (S. B. P. A. 1839, p. 130 ss., cf. 1840, p. 333 ss.). Qui, quod illa haud satis explorate percepta erant et cognita, cum nondum de iis idoneo modo disputavissent grammatici, ultra terminum adeo est progressus, ut, si eum sequeremur, ullum nomen Graecorum, quod non esset theophorum, fuisse paene negandum esset. Cuius ex commentariolis exempla testimoniaque, quibus haec res

[1]) Athenaeus X 448 e.

comprobaretur, promere supervacaneum esset, nisi postulare visa esset virorum auctoritas doctissimorum Hermanni Usener et Ottonis Gruppe, qui magna ex parte ratione[1]) eius decepti falsae sententiae sese addixissent et ad similes argumentationes essent adacti. In theophororum igitur numero non esse ponenda censeo nomina *Ἵππαρχος*, *Ἐπίκουρος* aliaque eius modi, quae, si essent derivata a Neptuni et Apollinis cognominibus, in suffixa *-ιος* vel *-ιων* exirent. Quin etiam nomen *Θεαρίων*, etsi, quod attinet ad formam, nihil habet offensionis, tamen ab Apolline separandum esse puto, quia illud a basi, quae praebetur nomine *Θεάρης*, seiungi nequit. Quae cum ita sint, Panofka, quamquam ipse ea, quae exposuisset, ambigua esse nec dubio carere sentiebat, tamen non continebatur, quin longius procederet proferretque in medium cogitationes nullo modo probabiles. Quod si nomina hominum cum deorum cognominibus congruunt, ego quidem non demonstrari arbitror illa ab iis esse ducta, sed apparere Graecos diis eadem epitheta atque hominibus imposuisse. Quam rem ita se habere singulatim, si occasio data erit, aptissimo quoque loco idoneis argumentis allatis confirmabo.

Postquam C. Keil libro, qui inscribitur Specimen onomatologi Graeci (Lipsiae 1840), atque Guilelmus Pape in lexico, quod optime iterum edidit Gustavus Benseler,[2]) nomina Graecorum arte grammatica tractavit, acutissime de theophoris disputavit Ioannes Antonius Letronne,[3]) cuius libellus, quanta sit laude dignus, nulla ex re melius intellegitur quam ex eo, quod adhuc valent omnia fere, quae exposuit, neque unquam sunt in dubio posita.

[1]) Qualis autem fuerit illa ratio, his rebus ostendere liceat: nomen *Κάρυστος* cum Mercurii cognomine *κᾶρυξ* et *Ἀρεστός* cum Marte comparato Hesychii glossemate incertissimo conectitur (S. B. P. A. 1839, p. 139 et p. 141). Oppidum vero *Ἰουλιόπολις* nomen a Cerere, quae cognominabatur *Οὐλία*, duxisse contenditur (S. B. P. A. 1840, p. 345). Sed hoc ipso exemplo conexum nominum oppidi atque deae interpretatione artificiosa factum esse bene demonstratur.

[2]) Ex hoc lexico omnia fere testimonia nominum, quae a scriptoribus memoriae produntur, assumpsi.

[3]) Sur l'utilité qu'on peut retirer de l'étude des propres noms grecs pour l'histoire et l'archéologie 1846; Oeuvres choisies III 2, 1 ss.

Plurima quoque ad theophora cognoscenda attulerunt Augustus Fick et Fridericus Bechtel,[1]) qui quam bene de nominibus Graecorum ad rationem revocandis meruerint, nemini viro philologo non notum esse existimo.

Neque tamen Hermannus Usener exemplum ab illis datum secutus est, sed in appendice libri, quem scripsit de deorum nominibus (Götternamen, Bonnae 1896), rationes Theodori Panofka redintegravit. Hoc quidem loco non superfluum esse mihi videtur mentionem facere nominum *Κτησικράτης*, *Στρατίων* ceterorumque eius generis, quae ad deorum nomina referenda esse ratus ad sententiam suam confirmandam usurpat. At equidem sic statuo: primum esse postulandum, ut nomina, si quae ad deos pertinere conicitur, inveniantur in regione certis finibus circumclusa neque usquam alibi, deinde, si ita res se habet, alia quoque argumenta testimoniaque afferantur; namque maxima opus est cautione, quod etiam nomina non theophora interdum definiti spatii terminis septa esse ac contineri optime docemur nominibus Germanorum.[2]) Quin etiam nomina *Ἀγαθόδωρος* similiaque ad *ἀγαθὸν δαίμονα* pertinentia arbitratur Usener; sed eadem ratione non solum dei melioris et dei optimi cultum colligendum esse obliviscitur (cf. *Ἀμινόδωρος Ἐρχομένιος* I. G. VII 3179; *Ἀριστόδωρος* I. G. XII 1, 814, l. 378; *Ἀριστόδωρος* I. G. IV 1485, 62; *Ἀριστόδοτος* Pape; *Ἀρεστοδώρα* I. G. VII 2918, 4. sc. a. Chr. n. [*Ἀρεστοκλῆς* ab Ottone Kern correctum est ex nomine *Ἀριστοκλῆς* I. G. IX 2, Lam. 71, 5]),[3]) sed etiam silentio praeterit nomina *Εὔδωρος*

[1]) Die griechischen Personennamen, Göttingen (1874, ed. 1 et) 1894, ed. 2 = F. B.

[2]) Cf. Ernestus Förstemann: Altdeutsches Namenbuch², Bonnae 1900, passim.

[3]) Si cum eius generis numinibus, quorum cultus est inferioris aetatis, theophora conectere volumus, fortasse hoc loco afferre licet *Ἀγαθοδαίμων* (Pape), *Ἀγαθητύχη* (*Μέγισσα* Lyc. II 2, 103), *Ἀγαθοτύχη* (A. M. XXIX 1904, 320 ex Mysia); sed etiam haec alia ratione intellegi possunt.

Quando enim me in hunc locum deduxit disputatio, me in quaestionibus quoque mythologicis Useneri sectam non sequi commemorandum est; mihi quidem ea, quae acute atque subtiliter ad religionem posterioris aevi cognoscendam prompsit, nullo satis certo argumento dato ad antiquissima tempora transtulisse videtur. Cuius rei testimonio sunt haec

et Εὔδοτος, quibuscum comparandum esse apparet Indicum *Vasudatta* et Persicum *Vohudâta* (*Vaṅhudâta*). Ut de nominibus huius modi recte iudicemus, Graecos et genere compositionis, quod grammatici Indorum *bahuvrîhi* appellant, saepe usos esse et elementa, quae in quibusdam nominibus orta sunt, ad alia quoque interdum transtulisse nobis oblivione non est obruendum. His rebus, quas, ut nomina Graecorum intellegeremus, haud parvi esse momenti docuerunt Augustus Fick atque Fridericus Bechtel, magnam partem nominum in -δωρος, -θεμις, -χαρις, -αναξ aliasque voces exeuntium interpretari possumus; quod si fecerimus, illa non iam in theophororum numero habebimus. Sed ut hoc facilius apertiusque explanetur, nonnulla nominum cum stirpibus δωρο- et δοτο- compositorum exempla, sicuti fors tulit, adrepta afferre iuvabit:

Ἁγησίδωρος Φύσκιος A. M. XXI 1896, 46.
Ἀγλαόδωρος Ἀκρηφιεύς I. G. VII 2719.[1])
Ἁγνόδωρος Atheniensis Lys. 13, 55. 5. sc. a. Chr. n.[2])
Ἀκεστόδωρος Megalopolitanus Plut. Them. 13, alii. 3. sc. a. Chr. n. Cf. Schwartz, Pauly-Wissowa I 1, 1116.
Ἀμουμόδωρος I. G. VII 764.
Ἀμφίδωρος Megarensis Thuc. IV 119.
Ἀντίδωρος I. G. XII 8, Thas. 303, 12.
Ἀντίδοτος I. G. XII 8, Thas. 293, 37.
Ἀρχέδοτος A. M. XXI 1896, 57. Rhodi.
Ἀστύδωρος I. G. II 1746.
Αὐτόδωρος Cymaeus Dion. Thr.
Δημόδωρος I. G. II 1047, 5. Loewy Inschr. griech. Bildh. 424. C. Robert, Pauly-Wissowa IV 2, 2870.
Δημόδοτος I. G. XII 8, 172, 15. Samothr.
Ἐλπιδότη C. I. G. 5013.
Ἐτεόδωρος Macedo I. G. IX 2, Theb. 175.
Εὔδωρος B. C. H. V 1881, 403. Delph.
Εὔδοτος I. G. XII 5, 609, 27.
Εὐθύδωρος C. G. C. Phrygia LXXI, Hydrelae. 1. sc. p. Chr. n.
Ἐχέδωρος I. G. IV 951, 54.
Ζευξίδωρος I. G. IV 926, 46. 88.
Καλλίδωρος I. G. XII 7, Aegial. 462.
Καλόδωρος? cf. Calidorus (Plautus).
Κλεινόδωρος I. G. XII 5, 537, 4. Καρύστιος.
Κλεόδωρος I. G. I 454.
Κλεύδωρος Hunt. coll. I 117.

---

exempla: dea, cui nomen est Ἐνοδία, non postea Hecatae in aequo posita est, sed vox Ἐννοδία, quae occurrit in inscriptionibus Thessalicis, nihil aliud est quam cognomen, quod in eadem regione atque Ἑκάτη ortum esse infra exponam; ac similiter a principio deus ἰατρός cum Apolline est coniunctus.

1) i. e. ὃς ἀγλαὰ δῶρα ἔχει vel φέρει, cf. Λεύκιππος· ὃς λευκὸν ἵππον ἔχει (Theocr. XIII 11).

2) Nomina hoc modo impressa ambigua sunt.

Κλιόδωρος Ἀντιοχεύς I. G. VII 1762.
Κύδωρος (**Κυδόδωρος*?) *Λαοδικεύς* Priene 59, 2, 37.[1])
Μεγάδωρος Plaut. Aul. persona.
Μεγιστόδωρος I. G. III saepe.
Μεγιστόδοτος B. C. H. XI 1887, 40 in Lycia.[2])
Μελίδωρος I. G. XII 2, 526 *c* 29.
Μεμψίδωρος Schol. Odyss. *μ* 301.
Μνησίδωρος C. I. G. 2266 A, 26. Deli.
Ξενόδωρος S. G. D. I 5313, 200 in Euboea.
Ξενόδοτος Hibeh Papyri I 123.
Ὀνησιδώρα Suidas, Zonaras.
Πάνδωρος I. G. III 1155.
Παντίδωρος B. C. H. XV 1891, 410. Styrae.
Πασίδωρος? A. M. IX 1884, 135 in Cypro.
Πισιδώρα C. I. G. 3120 prope Teon.
Πισιδωρίδας I. G. VII 2895.
Πιστόδωρος I. G. II 5, 2030 b.[3])
Πολύδωρος A. M. XXI 1896, 262. Erythris.
Πολυδώρα cf. Pape, nom. myth.
Πολυδωρίδης B. C. H. VII, 1883, 112. Deli.
Πρόδωρος Plin. XXXIV 8, 85.
[*Φα*]*ινο*[*δ*]*ότη* Hierapolis Jahrb. 123, mel. *Μηνοδ*° vel *Ζηνοδ*°.
Φανόδωρος I. G. II 1324.
Φανόδοτος I. G. XII 1, A. 1405.
Φιλόδωρος Le Bas-W. 2726 in Cypro.
Φρασίδοτος (?) C. I. G. 1957 *g*. *Δημ*° 53 in Maced.
Χρυσόδωρος Arch. epigr. Mitt. 1882, 32 in Thracia.
Χρυσόδοτος A. M. XXXIII 1908, 162. Cyzici.

Quae argumentationes si cui minus exploratae videantur, tamen non tantum fuisse theophororum numerum, quantum opinatur Hermannus Usener, etiam eo planum fit, quod alios populos, velut Indos, Persas, Semiticasque, quae vocantur, gentes, apud quos summa religionis vis erat, plurimis quoque nominibus non theophoris usos esse satis constat. Huc accedit, quod Graeci ipsi, cum de theophoris loquuntur, illa, de quibus supra dixi, nomina nunquam in theophoris numerant. Hoc quidem concedendum est fortasse nomina *Καρποφόρος* similiaque esse theophoris adnumeranda; sed ea tum demum reperiuntur, cum Graeci deorum nomina hominibus indere non verebantur, qua de consuetudine ante undeviginti annos disseruit Ioannes Meyersahm (Deorum nomina hominibus imposita, dissertatio Kiliensis 1891). Sed vereor, ne longus fuerim in re aperta, nec profecto tam

1) Ad oppidi nomen *Κύδωρος* vel *Κύτωρος* conferantur ea, quae exposuit Stephanus Byzantius atque annotavit ad hunc locum Meineke.

2) Tamen vero hoc nomen etiam ad epithetum Iovis referri licet, cf. *Ζεὺς ὁ Μέγιστος* S. G. D. I. 5517 sq., Iasi.

3) Pro **Πλειστά*(*δ*)*οτος* B. C. H. XIV 1890, 535 Cyzici legendum est *Πλεισταίνετος* (Bechtel S. G. D. I. 5523) aut *Πλείσταρχος*.

fuse verboseque omnia exposuissem, nisi poscere existimassem Hermanni Usener, viri summi, maximam in mythologicis rebus auctoritatem.

Quanti essent momenti quantoque cum fructu adhiberentur nomina theophora, ut cognosceremus, quibus e regionibus deorum cultus ac religiones emanassent, imprimis monuerunt Otto Kern et Martinus Nilsson. Atque etiam proximis annis, ut multis de theophoris nunc rectius iudicaretur, effecerunt Augustus Fick et Fridericus Bechtel, neque hoc loco omittenda sunt opera cum Udalrici de Wilamowitz-Moellendorff et Adolfi Wilhelm tum Guilelmi Schulze, qui non solum illustrissimo illo libro [1]) fundamenta Romanorum nomina recte intellegendi iecit, sed etiam multa Graecorum et alia et theophora acutissime interpretatus est.

Commentariolo autem Ioannis Schöne (Griechische Personennamen als religionsgeschichtliche Quelle, Duesseld. 1906), quod minus ad quaestionem nostram valet, omisso mentionem facio dissertationum Caroli Meyer (Quaestionum onomatologicarum capita quattuor, dissertatio Marpurgiensis 1905), qui de theophororum per saecula usu disputavit, et Georgii Neumann (De nominibus Boeotorum propriis, dissertatio Regimontana 1908), qui, postquam de Boeotorum nominibus egit, etiam, quem ad modum theophora in aliis Graeciae regionibus essent dilata, exposuit. Quibus opusculis addendi sunt duo indices pensorum gymnasii Kaadensis, in quibus Carolus Prodinger, quae ratio intercederet inter epitheta epica et Graecorum nomina, quaesivit (K. Prodinger: Die Menschen- und Götterepitheta bei Homer in ihrer Beziehung auf die hellenischen Personennamen, 1903 et 1904) [2]).

Denique Ottonem Gruppe in libro de mythologia conscripto (Griechische Mythologie und Religionsgeschichte II 738 ss.) etiam de Graecorum nominibus theophoris disputavisse iam p. 2 commemoravi. Cuius ad sententiam, cum Theodorum Panofka sequatur,

[1]) Wilhelm Schulze: Zur Geschichte der lateinischen Eigennamen, Abhandl. der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, 1904 N. F. V 5.

[2]) Ceterum exemplum illud, quo ab Apolline, qui cognomine *Δεκατηφόρος* Megaris adoraretur, theophora esse derivata confirmabat (l. c. p. 29), cum aliis de causis tum propterea, quod in Corpore Inscriptionum (I. G. VII 41) *Δεκάτων* legitur, incertissimum est.

interdum accedere non possum; ut exemplum afferam, nomen *Ἐπιμηλίδης*, quod in Arcadia occurrit (Pausanias IV 34, 5), cum nominibus *Ἀριστομηλίδας* (in Arcadia, Pausanias VIII 47, 6), *Φιλομηλίδας* (Fougères: Mantinée p. 525), *Εὐμηλίδης* (Atheniensis Dem. 49, 11, I. G. I 324, in Arcadia C. I. G. 1513), *Εὐμηλίδης* (I. G. II 701. 743. 781. 2565), *Θρασυμηλίδας* (Lacedaemonius Thucyd. IV 11), *Σιμηλίδας* (= *Θεομηλίδας*, Lacedaemonius C. I. G. 1391), *Φιλομειλίδας*[1]) (I. G. VII 2428. 2575) aliisque eius generis (quorum basis praebetur nominibus in *-μηλος* exeuntibus) conectere meo quidem iudicio melius est quam a Mercurii cognomine *Ἐπιμήλιος* (Pausanias IX 34, 3) derivare, id quod etiam propter formam grammaticam non offensione carere puto. Ac rursus videtur confirmari illud Chr. Augusti Lobeck: „*facilis est ad falsum aberratio, non facilis ab errore regressus.*"

Priusquam ad singula animum advertamus, breviter de aetate atque origine theophororum nonnulla verba faciam. Atque in hac quaestione tractanda primo obtutu illa iam iis temporibus, de quibus nihil est memoriae proditum, in usu fuisse cognoscimus et videmus. Namque facile eius nominum generis olim omnes populos, quos necessitate coniunctos Indogermanos appellare consuevimus, participes fuisse ex his quidem exemplis elucet:

Ind. *Devadatta, Brahmadatta, Indradatta;*
Pers. *Μιθραδάτης, Âtaredâta;*
Celt. *Dēvognāta.*

Apud Graecos autem, qui hanc nominum formam ex aetate, ut ita dicam, Ogygia acceperunt, in theophoris imponendis praecipue duae rationes valuisse mihi videntur. A diis, quippe qui haud raro ut generis auctores adorarentur, homines ex illo orti persaepe nomina sua ita ducebant, ut a deorum nominibus patronymicum vel compositum, cui erat idem sensus (ut *Διογένης*),[2])

---

[1]) Nominibus Boeotorum in *-μειλος* exeuntibus impedimur, ne vocem *μῆλον*, i. e. ovis, unquam in dialectis Doricis vel Aeolicis **μᾶλον* enuntiatam esse arbitremur (cf. S. G. D. I. 1209, 3); quae cum ita sint, non solum in editione egregia carminum Pindaricorum, quam fecit Otto Schröder, pro *ἐν *πολυμάλῳ Σικελίᾳ* (Ol. I 12) *ἐν πολυμήλῳ Σικελίᾳ* legendum, sed etiam sententia Schirmeri (Roscher II 2, 2305), qui nomen nymphae *Μάλις* cum voce *μῆλον* conectit, refellenda est.

[2]) Cf. בן־הדד aliaque.

derivaretur. Atque altero nominum genere exprimebatur liberos, quibus illa dabantur, diis offerri atque consecrari a parentibus, qui gratiam pro beneficiis acceptis persolverent, unde fit, ut satis saepe sint ad oracula annexa; quam rem iam inde patere existimo, quod antiquissimis temporibus nomina pertinentia ad Apollinem Pythium, cuius oraculum iam octavo et septimo a. Chr. n. saeculo maxima florebat auctoritate, frequentissime occurrunt.[1])

Maioris autem sunt momenti theophora, quae ad deorum cognomina in carminibus epicis occurrentia sunt adiuncta; talia apud Graecos in usu fuisse his exemplis demonstratur: *Εἰνάλιος Ἡρακλέωνος* I. G. IV 797, 1[2]) et *Εἰνοδίων* I. G. IX 2, m. Lar. 568, 11, et suspicari licet nomina *Βρόμιος, Ληναῖος,*[3]) *Θύιος* aliaque simili ratione orta esse. (Cf. hymnum Delphicum spectantem ad Bacchum B. C. H. XIX 1895, 400; XXI 1897, 510;

---

[1]) Cf. *Μητρὶ θεῶν ἱκέτης κατ' ὄναρ Μελάνωπος ἔτευξεν* I. G. IV 1308: *Μητρικέτης*. Cf. Plutarchus de def. orac. 21: *ὧι γὰρ ἕκαστος θεῶι συντέτακται καὶ παρ' οὗ δυνάμεως καὶ τιμῆς εἴληχεν, ἀπὸ τούτου φιλεῖ καλεῖσθαι, καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μέν τίς ἐστι Δῖος, ὁ δ' Ἀθηναῖος, ὁ δ' Ἀπολλώνιος ἢ Διονύσιος ἢ Ἑρμαῖος.* Cf. U. de Wilamowitz: Aristoteles u. Athen II 181, adn. 30.

[2]) Cf. C. Meier l. c. 13; A. Fick: Wochenschrift für klass. Philol. 1907, 72. Nomen servile *Εἰνάχιος*, quod restituit Adolfus Wilhelm, vir egregius (Beiträge zur griechischen Inschriftenkunde, Sonderschriften des österreichischen archäologischen Instituts VII, p. 303), Neptuni sacerdoti inditum esse ut existimem, animum inducere non possum.

[3]) Magnam partem theophororum in *-ιος* exeuntium (exspectaremus **Ληναίειος, *Βρομίειος*, cf. F. Bechtel, Aeolica p. 23) non solum ad cognomen dei, sed etiam saepe ad dies festos vel menses, qui nomina sua ab illo duxerunt, spectare concedimus; sed id plerumque nec diiudicare possumus, et, si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id, quod nobis proposuimus, non est necessarium, quia nomina quoque dierum festorum ac mensium artissime cum dei epitheto sunt conexa.

Cf. nomina Graeca *Παναθήναιος, Νεμεάς, Θαργήλιος, Κρόνιος* similiaque cum nominibus Christianis Ciriaco, Pasquale, Natale aliis.

De nomine *Νεμεάς* similibusque haec disserit Athenaeus XIII 587 c: *καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς αὐλητρίδος Ὑπερείδης μνημονεύει ἐν τῶι κατὰ Πατροκλέους. περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτως προσαγορευομένην τὴν πόρνην, πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην· ἐκεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως.* Sed vide, quae exposuit F. Bechtel: Die attischen Frauennamen, p. 53, adn. 1.

O. Crusius: Die delphischen Hymnen p. 1 ss.). Quam rem eo diligentius admonendam nec silentio mihi praetereundam duxi, quod ii, qui Hermannum Usener sequuntur, ut exemplum afferam, existimabant *Ἐνοδίαν*, quae in Thessalia adoraretur, esse deam sui generis; sed theophorum *Εἰνοδίων* nos docet *Ἐνοδίαν* non esse nomen deae, sed cognomen, quod, cum in eadem regione ortum sit, qua cultus Hecatae ipsius, ab illa nullo pacto potest separari. Ceterum hoc nomine illustratur forma *Ἐννοδία*[1]) e titulis Thessalicis ab Ottone Kern allata.[2]) Etiam alia nomina persaepe a Graecis e carminibus epicis sumpta esse iam dudum demonstravit Fridericus Bechtel.

Hoc loco non omittendum est Graecos antiquioris aevi semper fere intellexisse, quid nomina sua significarent[3]) et quidem melius quam nos, quibus nomina Germanica, Latina, Graeca, Hebraica saepe nulla alia de causa data sunt, quam ut bene sonent. Imperatorum demum aetate Romanorum nomina Graeca adeo erant usu detrita, ut Christiani, qui quaecumque ad deos Graecorum gentiumque barbararum referebantur, fastidirent, liberis suis nomina *Διονύσιος, Ἀπολλώνιος* aliaque indere non vererentur.

Sed quia iam ad quaestiones subtiliores solvendas aggressi sumus, ad cultus singulorum deorum accedendi esset tempus, nisi, priusquam ad id, quod nobis proposuimus, deveniamus, nonnulla mihi praemittenda esse putarem, quae ad collectionem theophororum a me factam pertinent. Ac primum quidem me omnia theophora ex inscriptionibus congerere non potuisse facile intellegitur, quod complures libros, in quibus editi sunt tituli Graeci, perscrutandi non tam tempore quam occasione carebam. Qua de causa ephemerides Graecas velut *Ἀθηνᾶ, Νέα Πανδώρα*

[1]) Vide quae disputavit F. Solmsen: Untersuchungen zur griech. Laut- und Verslehre, p. 17.

[2]) Cf. C. Regling: Journ. d'arch. num. 1905, VIII, p. 175 s.: *Ἐννοδία* in nummo Alexandri Pheraei. *Ἐννοδία* I. G. XII 1, 914.

[3]) I. G. XIV 1018, 5 s.: *Μυστιπόλος τελετῶν ἱερῶν ἀνεθήκατο βωμὸν* || *δῶρον Ἀπόλλωνος τοὔνομ' ἔχων ἐπίκλην.* — cf. B. C. H. XX 1896, 65: *Μηνογᾶς Τροφίμου Μηνὶ εὐχήν*, Dorylaei. — A. M. XXIV 1899, 356: *Ἀγνῇ θεᾷ Ἀρτέμιδι Ἀρτεμεισία Ἀρτέμωνος*, in Thracia. — I. G. XII 1, 1041: *Ἀσκλαπιῷ Ἀσκλαπιόδωρος.* — Lat. II 20. S. G. D. I. 5562 (4. sc. a. Chr. n.): *Ἀριστονίκη Δήμητρος ἱερῇ ... ὑπὲρ θυγατρὸς τῆς ἑαυτῆς Δημητρίης ἀνέθηκε Δήμητρι.*

aliasque, quamquam quantam praebeant materiam nequaquam ignoro, inspicere non licuit. Nomina quoque, quae exhibent inscriptiones Aegypti Syriaeque et Latina lingua conscripti tituli, etsi ea interdum aliquantulum afferre momenti nullo modo denegaverim, tamen, cum in omnibus colligendis nimis operae curaeque opus fuerit, praetermittere sum coactus.

Sed magnae ex eo oriuntur difficultates, quod tituli interdum incuriosius neglegentiusque sunt exscripti. Quae quantae sint, nomine, quod, si offensione vacaret, permagni esset ponderis, exempli gratia allato facile cognoscitur: in inscriptione Lydiaca (Arch. epigr. Mitt. 1887, 189) occurrere dicitur nomen *Ἀρτάμων*, sed illud false lectum esse docet editio altera *Ἀρτέμων* B. C. H. XI 1887, 461.

Tum me singulorum theophororum formas enumerandas explicandasque non sumpsisse commemoro. Tametsi e collectione mea, quae continet quadraginta fere milia theophororum, ad ea, quae a Friderico Bechtel conquisita sunt, nonnulla nomina proximis annis reperta addere possum, in hac dissertatione ab ea re destiti, quia ex illis nihil fere concluditur, quod non iam cognovit ille vir doctissimus. Pauca autem, quae prodita sunt digna relatu, aptissimo quoque loco inseram.

Ad mythologicas vero res, quas theophoris explanare atque illustrare mihi proposui, aggredior non tam perficiundi spe quam experiundi voluntate, neque obliviscendum est, si viris doctis, quae de deorum origine ac antiquissimo cultu disputavimus, minus probabuntur, fortasse maius opus esse institutum a tirone de plurimorum controversiis iudicaturo, quam ut eius scientia ac viribus effici potuerit.

— — —

Ζεύς.

Iuppiter iam priscis temporibus apud Graecos tanta valebat vi et auctoritate, ut, cum Graeci antiquioris aevi praecipue liberos suos in eius fidem et tutelam committerent, nomina hominum a Iove derivata sint usitatissima neque frequentia ullis aliis theophoris superentur nisi nominibus ab Apolline ductis. Quae quamquam inferiore aetate magis erant in usu quam illa, tamen

tum multos habitasse in Graecia manumissos aut servos ortos ex Asia Minore, quorum summus deus videtur fuisse Apollo, quia dii indigenae barbarorum cum Apolline, cum eius essent simillimi, confusi atque commixti in aequo positi erant, de memoria excedere non licet. Sed antiquiore aetate nomina ad Iovem pertinentia adeo erant usitata, ut iam in carminibus Homericis complures heroes commemorentur, quorum nomina, quin ad Iovem pertineant, dubitationi exemptum videtur:

Διοκλέης Messenius *E* 542. 547 s. *γ* 488. *ο* 186.
Διομήδη Lesbia *I* 665.
Διομήδης Argivus, filius Tydei.
Δῖος Troianus *Ω* 251.
Διώρης Epeus *B* 622. *Δ* 517. Thessalus *P* 429. 474.

Initium cepisse Iovis cultum a Thessalia atque Epiro, ubi sedes antiquissimae sunt Graecorum, plurimi viri docti inter se consentiunt nec dissident in clarissimis locis, quibus Iuppiter antiquitus adorabatur, Dodonam esse numerandam, ubi Graeci deum voce *Νάϊος* cognominabant (cf. exempli causa Carapanos p. 81: *Ζεῦ Νάϊε καὶ Διώνη καὶ Δωδοναῖοι, αἰτεῖ ὑμᾶς καὶ ἱκετεύει Διόγνητος Ἀριστομήδου Ἀθηναῖος δοῦναι αὐτῷ κτλ.*). Pontifex maximus Iovis Dodonaei *Νάαρχος* appellabatur (Carapanos p. 55); itaque, cum in oppido Dyrrhachio, quod non multum abest ab illa regione, nomen *Ναρχίδας* inveniatur (v. Schlosser p. 55), Fridericus Bechtel in libro, quem scripsit de Graecorum nominibus, illud cum nomine sacerdotis esse conexum opinatus est (F. B. p. 213). Neque tamen etiam fieri posse, ut e *Ναυαρχίδας* ortum sit, nobis est negandum (*Ναυαρχίδης* I. G. II 1525, *Ναύαρχος* Murray Cyprus 64).

Etiam multo clarior erat apud Graecos cultus Iovis Olympii: cuius patria, quin Thessalia sit, non est dubium. Etsi argumentum huius rei e nominibus theophoris afferre non possumus, tamen etiam inferiore aetate frequentissima in Graecia septentrionali atque in Attica esse nomina ad Iovem Olympium pertinentia neminem fugiet, qui titulos in illa regione repertos perlustraverit; sed etiam in Peloponneso valde ea in usu fuisse videmus.

At si relicta continenti Graeca ad Asiam Minorem sumus transgressi, iam primo obtutu miramur illa nomina ibi esse rarissima; namque, ut exemplum afferam, inter mille centum

theophora Ionica duo, quae ad Iovem Olympium referre licet, pervestigantur. Incolis quoque Cariae, Lyciae, Pamphyliae aliarumque terrarum Asiae Minoris sunt alienissima; quin etiam Lesbii, Samii, Chii omnino fere neglexisse cultum illius dei videntur neque indignum est, quod ne Amorgi quidem nomen *Ὀλυμπιόδωρος* vel *Ὀλυμπίων* occurrere commemoretur.

Iam antiquis temporibus gentes Graeciam occidentalem incolentes cultu Iovis Olympii in Peloponnesum translato Olympiam in Elide ei consecraverunt,[1] ubi inferiore aetate diebus festis atque certaminibus agendis omnes fere Graecos consociatos esse satis constat. Cum hic praemium victoriae partae auferre summus honor a Graecis putaretur, saepe nominibus quoque liberorum memoriam gloriae suae conservabat vir *παρ' Ἀλφειῶι στεφανωσάμενος*. Quapropter Olympiae interdum invenitur nomen *Διόνικος* (Olympia 92, 14. 95, 10. ‖ 106, 12. 107, 9. 108, 3. 110, 15. ‖ 729. 730. 731), quod idem exprimit atque *Ὀλυμπιόνικος*. Si vero illud etiam in Cilicia occurrit:

Διόνεικος Heb. Wilh. 31. 155 B VII.
Διόνικος Heb. Wilh. 155 A V. VII. VIII. IX = J. H. S. XII 1891, 251. 253. 255.
Διόνικος Heb. Wilh. 155 C VI,

ad ludos Olympios non est referendum, sed ad certamina Iovis Cilicum, cui nomen *Σάνδης*[2]) (vel בעל תרז *Ζεὺς Τέρσιος* Num. chron. 1895, 194 ss. exeunte V. sc.) est impositum. (*Ἰσολύμπια* Tarsi C. I. G. 4472, 13). Simili ratione atque *Διόνικος* pars

[1]) Cf. Kretschmer: Einleitung in die Geschichte der griechischen Sprache, p. 420.

[2]) Ad eum pertinere videntur haec nomina:

Σάνδας Heb. Wilh. 115.
quater *Σάνδων* Heb. Wilh. 155 A I = J. H. S. XII 1891, 245. 3. 1. sc. a. Chr. n. Heb. Wilh. 218. 232. C. I. G. 4401.
Σάνδατις Heb. Wilh. 155 A II = J. H. S. XII 1891, 245/247.
Σάν[δων aut *δης]* Heb. Wilh. 165.
bis *Σάνδης* Heb. Wilh. 218. 232.
Σάνδης B. C. H. XXXIII 1909, 117. Rhodandi, in oppido Cappadociae.
Σάνδων Tarsius Plut. Popl. 17. Luc. Macr. 21. Strabo XIV 674 apud alios, cf. Pape.

nominum *Ἑλλάνικος* et *Ἑλλανοκράτης* intellegenda est (cf. Pind. Pyth. XII, 7 s. *Ἑλλάδα νικάσαντα τέχναι*).

Praeter cognomen Olympii alia sunt afferenda epitheta Iovis, quae sunt antiquioris aevi. Ad verbum *Καραιός*, quod Hesychii glossa memoriae proditum est *Καραιός· Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς οὕτω προσαγορεύεται· ὡς μέν τινές φασι διὰ τὸ ὑψηλὸς εἶναι, ἀπὸ τοῦ κάρα*,[1]) pertinent compluria nomina in Boeotia reperta:

Καραιόγειτος Θεσπιεύς I. G. VII 1752.
Καραΐς Ἀνθαδωνία I. G. VII 4175.
Καραΐς I. G. VII 3331.
Καράϊχος Ἐρχομένιος I. G. VII 3174.
Καράϊχος Ἐρχομένιος I. G. VII 3175, bis.
Καραίων I. G. VII 3175.
Καραίων B. C. H. XVIII 1894, 503. Orchomeni.
Καράϊχος B. C. H. XXV 1901, 369. Lebadeae.
Κεραιώ B. C. H. XXII 1898, 253. Acraephiae.[2])
Καραϊχ- C. G. C. Attica Athenis 59. 196/87 a. Chr. n.
Καράϊχος C. G. C. Attica Athenis 36. 196/87 a. Chr. n. Hunt. coll. II 61. 64. Sundwall p. 125. 194. 226.
Καράϊχος I. G. II 983, I 94. Idem 460.
Καράϊχος Atheniensis B. C. H. XXXII 1908, 414. Deli.
Καραῖος I. G. II 1045.

Sed utrum haec exempla numero theophororum, quae attuli, nominum inserenda sint necne, ambiguum est nec certo dignoscitur, quia fieri potest, ut hominum nomina ab eadem voce atque cognomen Iovis ipsum sint derivata:

Καραῖος I. G. IV 729, 16. 3. sc. a. Chr. n.
Καραῖος B. C. H. III 1879, 425. S. G. D. I. 4942, in Creta. a. 180/149 a. Chr. n.

Haud multo aliter Iuppiter cum a ceteris Graecis tum a Boeotis *Ὕπατος* appellabatur, ad quod epithetum spectant nomina:

Ὑπατόδωρος Θηβαῖος I. G. VII 2426. 2. sc. a. Chr. n. p. alt.
Ὑπατόδωρος Θειβῆος I. G. VII 2429, ex. 4. sc. a. Chr. n.
Ὑπατόδωρος Θειβῆος I. G. VII 2430, ex. 4. sc. a. Chr. n.
Ὑπατόδωρος Θειβῆος I. G. VII 2427, 4. sc. a. Chr. n. p. pr.

[1]) Cf. I. G. VII 3208, Orchomeni. U. de Wilamowitz: Euripides' Herakles² I 3, adn. 6.

[2]) *Ζεὺς Κεραιός* Annual 1896/97, p. 107 s. in Attica. Apud Graecos igitur duas formas, quae vocalibus inter se differebant, *Καραιός* et *Κεραιός* in usu fuisse elucet.

Ὑπατόδωρος Thebanus Plut. de gen. Socr. 17.

Ὑπατόδωρος Thebanus Delphis Ausonia 1909, boll. bibliogr. 81. Klio 1908, 205.

Ὑπατόδωρος Tanagraeus Xen. Hell. V 4, 49. 5./4. sc. a. Chr. n.

Ὑπατόδωρος Thebanus Pausanias VIII 26, 7. X 10, 4. Plin. 34, 8, 19. 50. Neque dubium est, quin apud Polyb. IV 78 restituendum sit Ὑπατόδωρος, quod Ἑκατόδωρος est nomen Asiaticum.

Ὑπατίας Θειβῆος I. G. VII 2431, ex. 4. sc. a. Chr. n.

Ὑπατόδωρος servus S. G. D. I. 2738. Delphis. Hunc ex Boeotia ortum esse apparet.

Quo pertineant nomina Ὑπατοκλῆς I. G. XII 1, 46, 97, Ὑπατόδωρος A. M. XXII 1897, 413, Smyrnae, 3. sc. a. Chr. n., Τιβ. Ὑπατόδωρος Μ. κ. Β. Α' 97 (Smyrnae), non satis certe diiudicari potest.[1])

Sed qua ratione intellegenda sint nomina Ὑπάτιος et Ὑπατία similiaque, titulo Phrygio demonstratur, in quo commemorantur fratres Πατρίκιος et Ὑπάτιος (Le B.-W. 785, Appiae).

Iuppiter apud Boeotos etiam cognominabatur Ὁμολώιος; hic deus Thessalis quoque non erat ignotus et, si certum est id, quod legitur in inscriptione Lesbiaca (I. G. XII 2, 527, 44 mensis Ὀμολόϊος), ex eo credibile fit Iovem omnes Aeoles, priusquam discesserint, hoc cognomine esse veneratos. Cum autem Thessali Aeolesque Lesbiaci mensis modo nomen ab hoc deo duxerint, omisso nomine Pergameno Ὁμολώιχος, Perg. 13, 23, quod, si recte cognitum est nomen mensis Lesbiaci, lego in titulo Pergami reperto haud improbante Friderico Bechtel, Boeoti etiam hominum nomina ad illum deum pertinentia conservaverunt (cf. etiam U. de Wilamowitz, Hermes XXVI 1891, 236).

Ὁμολωιο° I. G. VII saepe.

Ὁμολώϊχος Chaeroneus Plut. Syll. 17. 19.

Ὁμολώϊχος B. C. H. XIX 1895, 382. Thespiis.

Ὁμολώϊχος B. C. H. XXII 1898, 244. Acraephiae.

Ὁμολωΐς Plataeensis Americ. journ. of arch. 1891, 409.

Ὁμολώϊχος B. C. H. XXIII 1899, 93. Acraephiae, aetate Romana.

Ὁμολώϊχος B. C. H. XXIII 1899, 193. Acraephiae, c. a. 200 a. Chr. n. bis.

Ὁμολώϊχος Annual 1896/97, p. 107. Athenis, aetate Romana.

Ὁμολώϊχος B. C. H. XVI 1892, 110, Chalcide.[2])

[1]) Cf. etiam I. G. XII 5, 183 Pari: ὅρος Ὑπάτου et I. G. XII 5, 156 ibidem: Ἀσκλήπιος Ὕπατος.

[2]) Cf. Ζεὺς Ὁμολώϊος Ἐφ. ἀρχ. 1897, 150, Eretriae. — Mensis Ὁμολώϊος I. G. IX 1, 375, Naupacti. — Mensis Ὁμολώϊος A. M. XXXIII 1908, 294, in Thessalia.

Ὁμολώϊχος Atheniensis Homolle, F. de Delphes, tome III, fasc. II 33.
Ὁμολωΐς Ἀχερδουσία I. G. III 1616.
Ὁμολώϊχος I. G. III 2534.
Ὁμολώϊχος Ταναγραῖος I. G. III 2923.

Utrum nomen quoque mensis Macedonici *Λώιος* ad illum deum spectet (simili modo decurtatum atque *Δαίσιος* e *Θεοδαίσιος*) necne, non satis constat, etsi ad veritatis speciem hoc quidem accedere non est negandum; at nomina Graeco *Λώιος* (Thessalus B. C. H. XXVII 1903, 50, Delphis), *Λώιων* (I. G. XII 1, 764, 79), *Λωΐς* (N. T. 2. Timoth. 1, 5), *Λωιώ* (I. G. XII 3, Tel. 31, 10), similia non solum propterea, quod reperiuntur *Λῶιστος* I. G. XII 3, 847; *Λωιστ-* f. I. G. XII 3, suppl. 1401; *Λῶιστος* I. G. XII 2, 646 (rest. F. Bechtel Aeolica 40); *Λώινικος* I. G. XII 3, *πρόξενος* Ast. 168, 75; *Λωιόνικος* I. G. XII 1, 764, 77 (filius *Λωίωνος*, cf. *Ἀμεινόνικος* Thebanus B. C. H. XIV 1890, 395 Deli), sed etiam quod nominis *Δαίσιος* unum exstat in Thracia testimonium (Bulg. 116 = Arch. epigr. Mitt. 1886, 186) atque id quidem incertum, a theophoris sevocanda esse apparet.

Multo autem difficilius est de nonnullis aliis nominibus iudicare, et quod epitheta deorum, ad quae illa pertinent, tam trita cotidianaque sunt, ut diversis numinibus imponantur, et quod fieri potest, ut illa cognomina hominibus ipsis nulla ratione cum diis intercedente sint indita. Hoc loco ponenda sunt, ut exempla afferam, nomina *Ἀκταῖος*, *Ἐφέστιος*, *Σκότιος*, *Αἰθέριος*, *Ὄλβιος*.

Atque etiam in hoc genere numeranda sunt nomina stirpem *Μειλιχιο-* continentia, ut *Μειλίχιος* C. G. C. Phrygia, Augusto imperatore, Hierapoli LXVII, Imh.-Bl. II 238, et *Μειλίχιον* I. G. IX 1, 174 in Phocide.[1]) Cf. nomina non theophora *Ἤπιος* Stamatiades *Σαμ.* V 715 et *Εὐήπιος Ἀκαρνάν* I. G. II 186. 187.

Deinde addo nonnulla nomina, quae utrum ad Iovem hospitalem pertineant necne, equidem in medio relinquo:

Ξένιος B. C. H. XX 1896, 166. Mantineae.
Ξεῖνις Manolakakis *Καρπ.* 65 hoc nomen ex epicorum usu vocalis productionem assumpsit.

[1]) Cf. *Ζεὺς Μειλίχιος* Le Bas-F. 337. Tegeae. — *Ζεὺς Μειλίχιος* I. G. XII 5, 1, 727. Andri. — *Ζεὺς Μιλίχιος* Paspates p. 411. Chii. — *Ζεὺς Μειλίχιος* Anc. Gr. inscr. IV 1, 817. Cnidi. — *Iuveis Meelikiieis* (= *Διὸς Μειλιχίου*) in inscriptione Osca Pompeiis reperta, Zvetajeff: Inscr. Italiae inferioris dialecticae, no. 142.

Ξένιος Wiegand Milet II 103, filius Histiaei.
Ξένιος Hierapolis Jahrb. 170.
Ξένιος Pap. Americ. sch. II 25 (*Ζεὺς Ξένιος* II 88).
Ξενιάδης Corinthius Diog. Laert. VI 2, 4 — IX 3, 1. Gell. II 18.
Ξενιάδης philosophus Sext. Emp. *ὑποτ.* I 18, dogm. I 399.[1])

Sed multo veri est similius, a dei cognomine ductum esse hominum nomen *Ἱκέσιος* (cf. F. Bechtel: Aeolica p. 23), quod haud raro occurrit et apud scriptores et in titulis; neque quicquam aliud hoc significat quam nomina *Ζηνικέτης* (Cilix Strab. XIV 671; rex Arch. epigr. Mitt. 1881, 137, Dodonae) vel *Δικέτας* (Thebanus Polyb. XXVII 1. 2.[2]) *Δίκων* Syracusanus Diod. Sic. XV 14). Atque haec quidem saepe decurtantur ad formam *Ἱκέτης*, quae scilicet etiam nominibus *Ἀθηνικέτης*, *Ἑρμικέτης*, *Μηνικέτης*, similibus potest explanari.

Postquam addidi epitheta Iovis *Θηβαῖος* et *Ἡραῖος* (I. G. I 4, 21; cf. de Prott et Ziehen: Leges Graecorum sacrae I p. 4), a quibus haec nomina hominum derivata esse mihi videntur:

Θηβαιόδωρος Thebanus S. G. D. I. 2747. a. c. 350 a. Chr. n.
Θηβαιόφιλος I. G. VII 1921. Thespiis. 5./4. sc. a. Chr. n.
hηραιόδωρος I. G. VII 3232. Orchomeni. 5. sc. a. Chr. n.

et fortasse nomina ambigua:

Εἰραῒς Ἀνθαδονία I. G. VII 4174. 4./3. sc. a. Chr. n.
Ἡραώνδας I. G. VII 3249. Orchomeni. Aet. Rom.
Εἰραίων Βυζάντιος I. G. VII 2418. 4. sc. a. Chr. n.
Ἡράϊππος B. C. H. III 1879, 473, 1. Deli. a. 368 a. Chr. n.,

nominibus, quae ad Iovis cultum in Graecia ipsa pertinent, tractatis iam in Asiam Minorem transgressi theophora ibi reperta perscrutemur! Ac primum quidem in magnam difficultatem incurrimus; nam, cum summi dii incolarum Asiae Minoris et Iovis et Appollinis fuerint simillimi, nomina quoque theophora invenimus, quae modo ad Iovem, modo ad Apollinem referre licet (cf. *Ζεὺς Ἐρεθίμιος* Rhodi, *Ἀπόλλων Ἐρυθίβιος* cf. Eusthat. XXXIV 29, *Ἀπόλλων Ἐρεθύμιος* apud Lycios, Hesych. s. v.

---

[1]) Sed cf. *Θεοξένιος* B. C. H. XX 1896, 166, quod nomen ad Theoxenia, diem illum festum, spectare veri est simile.

[2]) Nomen Thessalicum **Δικέτας* habet plus offensionis, quam ut servari possit, cf. Bechtel N. G. G. 1908, 574 s.

Ad Iovem *Λαρίσιον* vel *Λαρισαῖον* fortasse pertinere nomen Delphicum *Λαρίσιος* B. C. H. XXVII 1903, 51 benigne me docuit Bechtel.

Ζεὺς Τέρσιος Num. chron. 1895, 194 ss.: *Ἀπόλλων Ταρσεύς* Archaeol. Zeitung 1880, 37/38; *Ἀπόλλων Τάρσιος* M. κ. B. Γ' 162 in Maeonia). Hoc loco primum nomen Carium commemorandum nobis videtur *Χρυσάωρ*, cuius, quod exstant exempla sat luculenta in Caria, hoc loco, ne nimis longi simus in re aperta, testimonia pauca afferre sufficiet:

Χρυσάωρ Στρατονικεύς I. G. XII 8, Samothr. 170, 72.

Φλ. Χρυσάωρ B. C. H. XXVIII 1904, 256. Panamarae.

Χρυσάωρ B. C. H. XXVIII 1904, 240. Panamarae.

Οὐλπ. Χρυσαο[ρίς?] B. C. H. XXVIII 1904, 245. Panamarae.

Οὔλπιος Χρυσάωρ B. C. H. XXVIII 1904, 35. Ibidem.

Χρυσάωρ B. C. H. XXVIII 1904, 47. Ibidem, bis.

Χρυσάωρ Κολιοργεύς B. C. H. XXVIII 1904, 52. Ibidem.

Χρυσάωρ Rev. ét. gr. 1906, 124. Aphrodisiade.

Χρυσάωρ Arch. epigr. Mitt. 1882, 164. Laginae.

Χρυσάωρ, pater Hecataei, Le B.-W. 292. Iasi.

Χρυσάωρ Ἱεροκωμήτης B. C. H. X 1886, 238. Panamarae.

Χρυσάωρ B. C. H. XII 1888, 489. Ibidem.

Χρυσάωρ Ταρμιανός B. C. H. XI 1887, 488.

Χρυσάωρ Ἱεροκωμήτης B. C. H. X 1886, 14. 28. Laginae.

Χρυσάωρ Κωραιεύς B. C. H. X 1886, 14. Ibidem.

Χρυσάωρ B. C. H. X 1886, 16. Ibidem.

Χρυσάωρ B. C. H. X 1886, 21. Ibidem.

Χρυσάωρ B. C. H. X 1886, 23. Ibidem.

Χρυσάωρ B. C. H. V 1881, 187. Laginae.

Χρυσάωρ B. C. H. V 1881, 191. Laginae.

In terris finitimis:

Χρυσαορίς Le B.-W. 1353. Olympi, in oppido Lyciae.

Χρυσάωρ I. G. XII 1, A 1204. Rhodi.

Χρυσάωρ I. G. XII 1, 46, 512. Ibidem.

Χρυσάωρ Ἄμιος I. G. XII 1, 255. Ibidem.

Χρυσαορίς I. G. XII 1, 590. Ibidem.

Χρυσάωρ P. H. 66. Coi.

Vox *Χρυσάωρ* ad deos translata iam in hymnis Homericis et in Pindari carminibus interdum adhibetur.

Iuppiter, quem *Χρυσάορα* vocant, deus est bipennifer, cui etiam nomen *Λαβραύνδας* impositum est; illam bipennem manu tenent multi Asianorum dei.

Etiam Asiaticae originis videtur esse *Ζεὺς Κύνθιος*. (*Ζεὺς Κύνθιος καὶ Ἀθηνᾶ Κυνθία* B. C. H. XXXII 1908, 429. Deli. *Κύνθιον ὄρος* ibidem; *Κύνθος* eadem ac Delus, cf. Pape).

ad quem spectant nomina *Κυνθιάδης* B. C. H. X 1886, 127; *Δημ*⁰ 671 (Deli), B. C. H. XXVII 1903, 66, 81 (Deli), (*Κυνδίων* B. C. H. I 1877, 86, Deli; ex apographo Cyriaci), *Κυνθιάδης Διονυσίου* B. C. H. XXIX 1905, 237 (Chius, Deli). Nam illa eadem ratione interpretanda esse existimo atque nomen *Κασιάδας*, de quo nuper disseruit Fridericus Bechtel (Aeolica p. 50). Hoc enim cum significat, qui *Δία Κάσιον* ut generis sui auctorem colit.

Ille deus, cuius cultus est inferioris aetatis, cum aliis locis, tum Corinthi Corcyraeque adorabatur, postquam *Traianus spolia e victoria contra Getas reportata in eius templum in Casio monte ad Euphratem situm dedicarit (Suidas s. Κάσιον ὄρος), cui donario epigramma addidit Hadrianus (Anthol. Pal. 6, 332)* (Fränkelii adn. I. G. IV 1287).

Κασσιόδωρος C. I. G. 4466, in Syria.
Κασιόδωρος C. I. G. 2322 b, Rheneae. || I. G. III 2325.
Κ[ασσ]ιόδω[ρ]ος Bulg. 273.
Κασιόδωρος I. G. IV 136 a, Aeginae.
Magnus Aur. Cassiodorus e Calabria ortus.[1])
Κάσιος Σελευκεύς (in Pieria) Le B.-W. 265, cf. adn. ib., Iasi.

Sed maior pars nominum, quae stirpem *Κασιο-* continent, ab illo Iovis cognomine separanda est, cum saepe non absit suspicio, quin illa cum aliis nominibus Romanis coniuncta cives Romanos e gente Cassia ortos significent. Ita rem se habere certum est, quod attinet ad ea, quae reperiuntur in titulis Pisidiae (Pap. Americ. sch. II 106).

Antiquioris autem aevi quam illa sunt theophora Phrygia, quae ad Iovem spectant. Ibi enim saepissime occurrunt nomina *Παπίας* et *Παπᾶς* et similia, quae, cum *Ζεὺς Παπᾶς* multis in titulis eiusdem regionis commemoretur, quin in numero theophororum habenda sint, non dubium esse existimo. Sed haec omnia proferre longum esse vel inde patet, quod praeter Phrygia ducenta fere e terris cum aliis tum finitimis congessi.

Iones Iovem diversis cognominibus venerabantur, quorum e numero primum a me afferatur illud in inscriptione Erythris reperta nomen *Φήμιος* (*Ζεὺς Φήμιος καὶ Ἀθηνᾶ Φημία*

[1]) *Ζεὺς Κάσιος* Corcyrae, in nummo Mus. Nap. 133.

M. κ. B. Α' 104. S. G. D. I. 5692 b, cf. *Ζεὺς Εὔφημος* et *Εὐφάμιος*, Hesychius). Hic optime Fridericus Bechtel (G. G. N. 1908, 573) posuit nomen in titulo Thessalico inventum *Φημιόμαχος* I. G. IX 2, Hypat. 6 e, quod vocalismum Ionicum continere cognovit.

Haud sine ulla veritatis specie cum cognomine Iovis mea quidem sententia coniungere licet nomen *Λοφίτης* (Perg. 316) quod non separandum est, si ita res se habet, a nomine regionis *Λοφῖτις*, quod primus recte legit F. Studniczka (*Λοφῖτις* Chii S. G. D. I. 5653). Illud autem cognomen Iovis occurrit in titulo Perinthi, in colonia Samiorum, reperto, qui est inferioris aetatis. (*Ζεὺς Λοφείτης* A. M. XXXI 1906, 565. Arch. epigr. Mitt. 1896, 67.)

Apud Iones aliosque incolas Asiae Minoris imprimis theophora quoque ad Saturnum, patrem Iovis, vel ad mensem[1]) ei sacrum spectantia in usu fuisse docent haec exempla:

Κρόνιος C. G. C. Ionia 26. Clazomenis. a. 387/300 a. Chr. n.
Κρόνιος Anc. gr. inscr. III 457. Ephesi.
Κρόνιος Priene 313, 313.
Κρόνιος Priene 313, 412.
Κρόνιος Κρωμνίτης Lat. II 291. Titulus quarto a. Chr. n. saeculo non recentior.
Αἴλιος Κρόνιος I. G. XIV 1336.
Κρόνιος I. G. XIV 1794.
Κρονίδης Imh.-Bl. II 154. Stratoniceae.
Κρονίδης J. H. S. XI 1890, 248. Heb.-Wilh. 77, in Cilicia, aet. Rom.
Κρονίδης Ἀλεξανδρεύς I. G. XII 8, Samothr. 206, 6.
Κρόνιος Plinius XXXVII, 1, 4.
Κρόνιος Porph. v. Procl. 14. 20. 21. Nemes. De anim. c. 2.
Κρονίων Sozom. h. e. VI 30.

Denique, etsi non est in Graecia aut in Asia Minore repertum, mentionem facio nominis *Πανδοκόδωρος* (C. I. G. 4833, 1 et Add.; Latopoli, in oppido Aegypti, aet. imper. Rom.), quod ingeniose restitutum cum Iovis Aegyptii epitheto recte conexuit Joh. Ant. Letronne (Oeuvres choisies III 2, 56); neque vero assentior Ottoni Gruppe illud theophorum ad Plutonem referenti,[2]) quia nec demonstrari potet unquam a Plutone esse nomen Graecum

[1]) Vide quae exposui p. 8, adn. 3. Mensis *Κρονιών* Sami Hermes XXXIX 1904, 604. S. B. P. A. 1904, 918. 2. sc. a. Chr. n.
[2]) Griechische Mythologie II 741, adn. 5.

derivatum[1]) neque intellegeretur, si res aliter se haberet, qua ratione usi Graeci liberos suos illi deo consecrassent. De nominibus vero ab Hermanno Usener allatis *Ἀγησίλαος, Λύσανδρος, Πολύξενος* (Götternamen p. 361), quae cum Plutonis epithetis conexa esse contendit, hoc loco disputare supervacaneum est, quod iam supra nomina eius generis e theophororum numero removi (cf. p. 2).

Ἥρα.

Memoratu est dignissimum Iunonem, Iovis uxorem, in religione Graecorum, a quibus ut Iovi desponsa adoraretur,[2]) tamen aliis diis, velut Apolline, Cerere, Minerva inferiorem fuisse, ut theophororum quoque nominum a Iunone derivatorum numerus multo minor sit quam ad Minervam, Mercurium, alios spectantium, etsi ipsa quoque ut dea natalis et *κουροτρόφος* colebatur. Quae discrepantia ex eo explicatur, quod Iuno principatum suum nulli alii rei debet quam carminibus Homericis, quibus dea certam regionem obtinens Olympi regina facta est. Sed quantacumque auctoritate carmina Homerica semper apud Graecos florebant, tamen haec reginae deorum religio non prorsus apud omnes gentes Graeciae pervicit. Quam ob rem etiam posteris saeculis et Dodonae et in Attica, quin etiam in Pisidia (B. C. H. XXIII 1899, 192) et in aliis regionibus, cultum iustae Iovis uxoris, cui nomen erat *Διώνη*[3]), conservatum esse memoriae est proditum. Ac iam nomina theophora a stirpe *Ἡρα-* ducta examinemus, quae argumentum cultus dilati haud spernendum afferre puto! Quod si fecerimus, primo quidem obtutu mirum esse nobis videbitur, quod in titulis urbis Argorum nullum occurrit nomen a Iunone derivatum; sed hoc facile ex eo intellegitur, quod in inscriptionibus ibi repertis tam pauca exstant nomina, ut etiam

[1]) Hoc loco non omittam nomina *Πλούταρχος, Πλουταγόρας, Πλουτογένης* similiaque, quae ad divitias quidem, non ad earum deum, qui dominus inferorum factus est, spectare mea quidem sententia non minus e componendi ratione quam e theophororum usu elucet.

[2]) Cf. Preller-Robert: Griechische Mythologie p. 164 s.

[3]) Nomen feminae *Διώνη* *Ἐφ. ἀρχ.* 1896, 55 est inferioris aetatis.

ea, quae ad reliquos deos pertinent, omnino fere desint. Hanc autem rem eo compensari existimo, quod in finitimorum titulis oppidorum saepe nomina elementum *Ἡρα-* vel *Ἡρο-* continentia inveniuntur. Quorum e numero antiquissimum est afferendum, quod nobis traditione servatum est. In illa enim regione patria est Herculis, cuius nomen, etsi ad Iunonem pertinere negavit Hermannus Usener, tamen, cum neque e Latina forma nominis, de qua non aliter iudicandum est atque de voce Aesculapius e Graeca *Ἀσκλήπιος* orta, (quacum conferri potest forma *Ἡρακιλο* [Catalogue of Indian coins in the British Museum, Greek and Scythic kings of Bactria and India 138], in qua *i* vocalis est, quam grammatici verbo *svarabhakti* significare consuerunt) neque ex illa, quam praebent mimi Sophronis (*Ἡρύκαλος* Hesychius), quicquam concludatur, aliter explicari nullo modo potest. Quod re vera non separandum esse a Iunone non solum deminutivum *Ἥρυλλος* (Hesychius s. v., Suidas, Eustathius 989, 47, Etym. magn.), sed etiam nomen *Ἥραιος*, quo, ut ita dicam, dedicationem significante Herculem in Boeotia esse appellatum Hesychius memoriae prodit.[1])

---

[1]) Permagni est ponderis nomen *Ἥραιος* decurtatum e forma *Ἡρακλῆς*, quia ex eo elucet, qua ratione de parte quadam nominum in *-ιος* exeuntium sit iudicandum (cf. *Κισταῖος* : *Κιστοφόρος*, *Ἀνθεῖος* : *Ἀνθεσφόρος*, alia); sed omnia fere theophora eius generis e compositis orta esse licet opinari, quod a deorum nominibus, quae, cum longiora sint aut ipsa iam duas stirpes contineant, ad formanda hominum nomina, quae e duabus aequis partibus constant, non idonea videntur, saepissime nomina dedicatoria sunt ducta. (Ceterum illa non ita intellegenda esse, ut Lucianus [*ὑπὲρ τῶν εἰκόνων* cap. 27] ea interpretatur, manifestum est). Quae cum ita sint, frequenter reperiuntur nomina *Δημήτριος* vel *Ἀφροδίσιος* — vocabula enim *Δημήτηρ* atque *Ἀφροδίτη* e duobus nominibus composita esse Graeci arbitrabantur, ut formas ***Δημητρόδωρος* (quod nomen etsi Hermannus Usener, Götternamen p. 353 affert, tamen omnia attente perscrutatus nusquam indagavi) et ***Ἀφροδιτόδωρος* (quin etiam nomen oppidi in Aegypto siti *Ἀφροδιτόπολις* interdum decurtatur ad *Ἀφροδιτώ*) adhibere vererentur; nominum autem dedicationem significantium, quae ad Iovem, Iunonem, Mercurium, Dianam spectant, testimonia multo exstant rariora. Neque vero nomen Apollinis ad composita formanda erat aptum, quia longius erat, id quod theophora antiquioris aevi *Ἀπολλωνόδοτος* et *Ἀπολλωνόδωρος* demonstrant. Demum a stirpe *Ἀπολλο-* saepius ducuntur nomina haud decurtata. (*Vide pag. sq.*)

Sed etiam, quod attinet ad rem, Herculem cum Iunone coniungendum esse compluribus causis probatur. Optimo iure Gustavus Körte (Pauly-Wissowa VI 1, p. 767; Etrusk. Spiegel V, tab. 60) attulit speculum Etruscum, in quo efficta est Iuno (*uni*) Herculi (*hercle*) mamman praebens. Atque etiam iam antiquissimis temporibus Herculis nomen in theophororum numero positum esse cetera docent nomina a Iunone ducta. Quantum ego quidem video, nullum ad Iunonem spectans, quod cum voce *κλέος* compositum est, invenire possumus; hoc unum exemplum, nomen Atticum *Ἡροκλείδης* I. G. I 108, quod refertur ad *Ἡροκλῆς*, nullam habere auctoritatem mihi quidem videtur, quod fieri potest, ut illud non recte aut a lapicida incisum aut ab editore lectum sit. Demum aetate, qua nomina deorum hominibus imposita in usum veniunt, nomen *Ἡρακλῆς* reperimus, velut *Ἡρακλῆς* Anc. gr. inscr. III, 687 *i*, Ephesi; J. H. S. XII 1891, 245, in Cilicia; I. G. III 3108 et s., at hoc non ad Iunonem, sed ad Herculem ipsum pertinere apertum est. Antiquiore autem aevo Graeci, cum homines eodem modo atque deos, quorum in numero habebant etiam Herculem, appellare vitabant, formam nominis illius deae cum verbo *κλέος* compositi (quod cum aliis diis coniunctum haud raro occurrit) theophoris *Ἡράκλειτος* et *Ἡράκων* compensabant; atque ita fit, ut Graeci saepe illa liberis suis imposuerint.

Iunonis cultus, cuius patriam Argolidem fuisse supra diximus, hinc primum ad finitimas terras dilatus est. Sed cum in Laconia Messeniaque pauca nomina a Iunone ducta inveniantur, usitatiora fuisse videntur in Arcadia atque in Elide; neque tamen quicquam certi concludi potest, quod theophora illius regionis non solum

Denique commemoro etiam alia ratione effectum esse, ut nomina decurtarentur, quae explanatur his exemplis:

Δῶρος Ἀσκληπιάδου (= *Ἀσκληπιόδωρος Ἀσκλ°*) A. M. XXXIII 1908, 399. Pergami.
Δῶρος, pater Apollonii, I. G. XII 8, Thas. 306, 32. ‖ Thas. 317, 7.
Αὐρ. Θεόδουλος Δούλου J. H. S. XV 1895, 127 in Lycia.
Ἱκέτας Ἱκέτου I. G. XIV 953.
Ἄρχος I. G. XII 5, 872, 74. a. 300 a. Chr. n.
Ἄρχος Ἰλλύριος Κατ. Βολ. 419.
Ἵππος Eleus Paus. VI 3, 5.

Cf. nomina Thracum *Κένθος*, *Πόρις*, *Πέρις*. Simili quoque modo decurtantur theophora Semitica.

rara sunt, sed etiam inferioris aetatis. Ad Graeciam autem septentrionalem transgressi illa in Boeotia praecipue in usu fuisse cognoscimus, rariora sunt in Euboea atque etiam in Attica. Qua in terra ante Euclidis tempora duo vel tria nomina ad Iunonem pertinentia reperiri non mirum est, quod ibi Dionae cultus permanebat. Sed aliquanto numerus illorum nominum augetur a saeculo quarto usque ad primum; imperatorum autem temporibus Romanorum haec nomina rarius fere occurrunt quam ante saeculum quartum.

In Thessalia cultum Iunonis inferiorem esse iam e fabulis huius terrae, in quibus nulla fere fieret Iunonis mentio, optime collegit Carolus Robert; nec minus hoc testantur theophora a Iunone ducta, quae in illa regione rarissima sunt. Cum non omnes Aeoles religionis eius participes sint, ea re etiam comprobatur Iunonem non iam antiquissimis temporibus a Boeotis esse adoratam.[1])

A continenti Graeci Iunonis cultum in insulas transtulerunt. Quarum in numero primum Creta commemoranda est, ubi theophora a Iunone derivata fuisse frequentissima videntur, si quid e paucis theophoris, quae nobis conservata sunt, colligere licet. Neque raro illa inveniuntur Rhodi, et Coi, Therae, Meli atque in finitimis insulis etiam magis in usu sunt quam nomina a Minerva derivata; huius deae auctoritas imprimis Sami Iunone est inferior; etenim et illius insulae et Chii incolae Iunonem eximie sanctissimeque colebant, ut nomina *Ἡρόδοτος* et *Ἡρόδωρος* in illa regione inter usitatissima referenda sint.

---

[1]) Hoc loco mihi non omittendum esse puto nomen *Ἥρυς*, quod interdum reperitur in titulis Delphicis. Ex eo enim conclusit Hermannus Usener (Sintflutsagen p. 60) nomen deae ortum esse e forma *ἭρϜα* (cf. in titulo Eleo *ἩρϜαώιοι* Olympia 9, 1); sed illud non alia ratione intellegendum est quam *Ἄνδρυς, Ἄσκλυς, Γέρυς, Ἴππυς, Νικίκυς, Πρώτυς, Ἄλέξυς, Ξένυς* (: *Ξένυλλος, Νίκυλλος*). Ceterum e forma Attica *Ἥρα* patere existimo Athenienses deae cultum eo tempore recepisse, cum iam extincta erat in dialecto Attica littera *Ϝ*; quod ni ita esset, Athenienses deam *Ἥρην* appellavissent (cf. *κόρη*). Quae coniectura mea magis mihi arridet quam sententia Felicis Solmsen (Beiträge zur griechischen Wortforschung I 81, adn. 1), qui causam huius vocalismi e dissimilatione repeti dicit, id quod mihi iam propter nomen alius deae, quam Athenienses *Ἥβην* nuncupant, minus probari videtur.

Sed utrum Iunonis cultus huc Argo translatus sit, quae opinio etiam antiquorum testimonio firmatur, an Graeci illam deae, quam indigenae venerabantur, in aequo posuerint, explorate vix diiudicari posse et in ambiguo esse relinquendum existimo, praesertim cum theophora vetustioris aevi in Argolide reperta memoriae non sint prodita; tamen vero hoc loco nomina ad Iunonem spectantia, quae usque ad quintum a. Chr. n. saeculum in tota Graecia inveniuntur, afferre iuvabit:

sc. VII et VI.

Ἡρακίων Diog. Laert. IX 1, 1, Ephesius. 6. sc.

Ἡράκλειτος philosophus Ephesius. 6./5. sc.

Ἡρόφαντος Herod. IV 138. Parii. 6. sc.

Ἡρόδωρος Arist. Hist. an. VI 5. Heracleae. 6. sc.

Ἡρώ nomen ambiguum, Sappho frg. 75. 7. sc.

sc. V.

Ἡρόδοτος Pind. Isthm. I 14. 61. Thebis.

Ἡροκλείδης I. G. I suppl. 108 (incertum, cf. p. 22). Athenis.

Ἡροφίλη I. G. I suppl. 114. Athenis.

Ἡρόφιλος I. G. I 446. Athenis.

Ἡροφάνης? I. G. II 4. Thasi.

bis *Ἡροφῶν* S. G. D. I. 5461. I. G. II 4. Thasi.

Ἡραγόρης C. G. C. Ionia 331. Chii.

Ἡρόδοτος S. G. D. I. 5653 c. Chii.

bis *Ἡραγόρης* Röhl I. G. A. 386. Sami.

Ἡρόφυτος Plut. Timon 9. Sami.

Ἡρογείτων S. B. P. A. 1900, 113. S. G. D. I. 5493. Clazomenis. a. c. 400 a. Chr. n.

Ἡρόγνητος C. G. C. Ionia 50. Ephesi.

Ἡρόδοτος scriptor, Halicarnassi.

Ἡράκλειτος I. G. I suppl. 50 in Chersonneso.

Ἡρο- C. G. C. Thrace 66. Abderae.

Ἡρόδοτος C. G. C. Thrace 67. Abderae.

Ἡρόδοτος Suidas. Abderae.

Ἡρόπυθος Hippocr. p. 1106 G. Abderae.

Ἡροφάνης C. G. C. Thrace 71. Abderae.

Ἡρόστρατος I. G. I suppl. 190. Stagirae.

Nomina igitur illa theophora in insulis Samo Chioque frequentissima sunt, sed rarius in ceteris reperiuntur; atque, ut alias omittam, hoc loco Amorgi, Naxi, Lesbi mentionem facio. Quarum e numero excepta est Thasus, in qua illa theophora tantae sunt frequentiae, ut non sit dubium, quin ea in clarissimis sedibus Iunonis ponenda sit. In continenti autem Thraciae cultus non magis quam in Macedonia divulgatus esse videtur; eodemque modo in Asia Minore exceptis oppidis Ioniae, ad quae magnam vim habebat religio Samia, cum nunquam constitisse vel inde

patet, quod nomina theophora ad Iunonem pertinentia rarissime ibi pervestigantur.

Ut iam supra diximus, Iuno summa pietate ut dea natalis adorabatur; quam ob rem ei erat sacrum matrimonium, ut in eius honorem dies festi, quibus nomina erant *Γαμήλια* et *Θεογάμια*, agerentur; mensis quoque, in quem ille dies incidit, *Γαμηλιών* appellabatur; hoc nomen adhuc notum est in Attica Delique; sed in eodem quoque mense natus est homo Cyzicenus, cui a patre eius, ut Iuno honoraretur, nomen impositum est *Γαμήλιος* (A. M. XVI 1891, 438). Quod quin illo modo interpretandum sit, non est dubium: nomen autem *Γάμος* aliaque eius generis his versibus Anaxandridis illustrari videntur: *Ὑμεῖς γὰρ ἀλλήλους ἀεὶ χλευάζετ' οἶδ' ἀκριβῶς. ‖ ἂν μὲν γὰρ ᾖ τις εὐπρεπής, ἱερὸν γάμον καλεῖτε.* (Athen. VI 242 e, cf. adnotationem Meinekii, vol. IV, p. 105). Diebus festis cum aliorum deorum, tum Iunonis, cui cognomen quoque *Ἀνθεία* erat, *ὅτι ἀνίησι τοὺς καρπούς* (Etym. Magn.), magni erat momenti munus anthesphororum, quo quando etiam liberos suos esse functuros parentes cupiebant, qui illis nomen imposuerunt *Ἀνθεσφόρος* (velut I. G. III 1052; III 1128; *Ἀνθοφορίων* Alciphr. III 29; similiter *Δαιδοῦχος*); haec nomina inferiori aetati afferenda sunt eodem modo atque cetera in *-φόρος* exeuntia, ut *Ὀνησιφόρος*, *Ἐλπιδηφόρος* (*Ἐρπιδηφορία*), *Θυηφόρος*, *Ἰοφόρος*, *Κλεοφόρος*, *Βουληφόρος*, *Χρυσοφόρος*, *Καρποφόρος*); nomina autem *Ἄνθος*, *Ἄνθης* (antiquissimum exemplum est Therae repertum I. G. XII 3, suppl. 1423 = XII 3, 560), *Ἀνθεύς* hoc loco omittere necesse est, quia omnia fere aliter sunt explicanda.

Ἀθηνᾶ.

Inter omnes constat summa doctissimorum virorum dissensione certari, Minerva utrum ut dea, quae Athenis patrocinatur, nomen suum acceperit an aliae gentes ad Athenienses cultum eius transtulerint. Quod attinet ad hanc controversiam, haud supervacaneum esse mihi videtur examinare, num theophora nomina ad Minervam spectantia alterutram opinionem propius ad probabilitatem adducant. Etenim nomina quidem hominum in inscriptionibus reperta idonea esse mihi videntur, quae quid

momenti afferant, quoniam, quod attinet ad Graeciae septentrionalis terras, multo parciora scriptorum testimonia affluunt, atque illa ipsa nomina optime indicant atque illustrant, quatenus deorum cultus singuli in singulis regionibus divulgati sint, cum reliqui fontes, quibus de diis Graecorum agitur, haud raro de publica sola religione, quae saepe nullo modo ad vulgus descendit, nos certiores faciant. Quae cum ita sint, aggrediamur iam ad nomina theophora, quae ad Minervam pertinent, perlustranda initium capientes a Graecia septentrionali! Atque in Thessalia quidem illa satis raro occurrunt, in meridie autem eius terrae frequenter reperiuntur; tamen parvum numerum eorum, quae pleraque libertinis imposita sint, non idonea esse ad argumenta afferenda concedo.

Una ex antiquissimis sanctissimisque sedibus Minervae erat oppidum Itonus, a quo Minerva cognomen Ἰτωνίαν duxit (cf. Catullus 64, 228: *sancti incolae Itoni*); idem libertinae Thessalicae datum in titulo Larisaeo legitur (I. G. IX 2, l. Lar. 568, 30), neque vero quicquam aliud significare videtur quam originem illius feminae. Quae nisi serva esset, illud ad mensem Ἰτώνιον referri posset, cuius nomen ipsum quoque a Minerva derivatum est. Atque etiam hoc verbum fuisse clamorem Thessalorum cum Phocibus pugnantium narrat Pausanias. Illius deae cultus postea a Thessalia in Boeotiam (I. G. VII 2711. 3426) et in insulam Amorgum (I. G. XII 7, 22 s. 33 ss.) transmigravit.

Ad theophora Phocea accedentes statim intellegimus, etsi Apollinis cultus in hac regione ceteros omnes superat, tamen Minervae religionem haud multo fuisse inferiorem; in Boeotiam autem transgressi animadvertimus, quam frequenter occurrant nomina theophora ad Minervam pertinentia; undecimus enim quisque, cui theophorum est impositum, nomen suum a Minerva traxit adeo, ut haec aliquanto ea, quae in Attica reperiuntur, superent frequentia.

In eadem quoque terra oppidum antiquissimum erat situm, cui nomen fuisse Athenas Pausanias auctor est (IX 24, cf. Strab. IX 407, Steph. Byz.). Clarissima autem sedes Minervae erat oppidum Alalcomenae, cuius nomen spectat ad Minervae epithetum; ibidem colebatur heros Ἀλαλκομένης vel Ἀλαλκομενεύς (cf. nomen fluminis Θισπιεύς : Θισπιαί), cuius uxori non

casu datum esse nomen Ἀθηναΐς mihi quidem persuasum est. Illius deae in honorem Boeoti etiam mensem appellaverunt Ἀλαλκομένιον.

Cum Thessalis[1]) Boeotisque consanguinitatis vinculis coniuncti erant Aeoles, qui partem Asiae Minoris insulamque Lesbum obtinebant, quos cum Minervae cultum e patria sua emigrantes secum duxisse verisimile sit, nihil habet admodum miri aut singularis, quod Minerva maxima erat auctoritate apud eos, a quibus carmina composita sunt Homerica. Hoc autem factum est temporibus, quibus Athenae urbs, si non erat nondum condita, at certe nullam habebat gravitatem in Graecia.

Ab Aeolide cultus se diffudit in Ioniam atque in obiacentes insulas. In Attica autem, cum eo invasisset a septentrione, ei antiquior Neptuni religio cessit; quae res docetur fabula ad Neptuni ac Minervae certamen pertinente, quod ab artificibus quinti a. Chr. n. saeculi in fastigio occidentali Parthenonis effictum est. In hac terra cum Minerva sit advena, nomina ab ea derivata rarius reperiuntur quam in Boeotia; namque inter 19 fere homines, qui nomina sua a diis duxerunt, unius nomen ad illam deam pertinet. Aetate demum Romana numerus theophororum ad eam spectantium increbrescit valdeque augetur, i. e. tempore, cum indigenarum cultus fluminum aliorumque deorum, quos in pristina religione inter summos venerabantur, oblivione paene erant extincti. Quam rem ita se habere hi numeri nominum docebunt:

		I. G. I. inter theophora c. 170 composita sunt	I. G. II. c. 2500	I. G. III. c. 3600
cum Διο-	cum Iove	55	546	258
et Ζηνο-	cum Iove	0	36	63
cum Apolline		11	258	334
cum Cerere		4	172	138
cum Baccho		13	286	514
sed cum Minerva		10	89	237.

[1]) Quae gentes quando partem meridianam Thessaliae incoluissent, acutissime demonstravit Otto Kern (Ilbergii Neue Jahrb. XIII 1904, p. 16 s., cf. I. G. IX 2, Eret. 199) cuius sententia his quoque documentis

Quod etiam propterea mirabilius esse videtur, quia testimonia Minervae in Atheniensium civitate cultus exstant perantiqua; nihilosetius vix dubium esse puto, quin Minervae religionem non ortam esse in Attica[1]) neque illam deam accepisse nomen ab urbe sibi consecrata, sed Boeotos eam in Atticam transtulisse colligendum sit.[2]) Deinde ab Attica in Peloponnesum invasit, ubi excepit Minervam *Ἀλέαν*, quae quondam dea suae potestatis fuisse videtur. Neque vero nomina hominum, quae ad hoc nomen Minervae cum oppido Alea conexum pertinent, inveniuntur; namque nomina *Ἀλεῖος* I. G. IV 616, 2 (legatus Olympiam missus, a. 365/363 a. Chr. n.), *Ἀλεῖος Μεγαρεύς* I. G. VII 39. *Ἀλέος* S. G. D. I. 1189, Tegeates, *Ἀλέος* I. G. IV 380. *Ἀλέος* I. G. IV 853, 9, exeunte primo a. Chr. n. saeculo, propter formam suam ad oppidum referenda esse mihi videntur; quae idcirco hoc loco affero, quod iis refelluntur, quae similibus causis interpositis iam reprobavit Fridericus Bechtel (adn. S. G D. I. 1184); neque enim, si nomina et deae et oppidi coniuncta essent cum terra Elide, fieri posset, ut nomen *Ἀλεῖος* I. G. IV 616, 2 careret littera *Ϝ*. Sed utrum cognomen Iovis *Ἀλεῖος* ad oppidum illud an ad Elidem spectet, in medio relinquendum esse arbitror.

Argivi autem Minervam *Ἑλλωτίαν* cognominabant atque, ut eam honorarent, dies festos agebant *Ἑλλώτια*, quos nullo in alio oppido quam Corinthi celebratos esse usque ad hoc tempus putabatur; sed nunc e nomine *Ἑλλώτιος*,[3]) quod occurrit in titulo I. G. IV 823, 34, eam ne Trozeniis quidem fuisse ignotam concluditur. Atque etiam *Ἑλλωτίαν* deam fuisse antiquam (Nilsson Griechische Feste, p. 95 s.) postea a Minerva deturbatam vel eo comprobatur, quod a Cretensibus idem cognomen

---

confirmatur: I. G. IX 2, 97: *Φυλίκα Εὐβιοτεία*, 151: *Ἀνόδουν* (?), 171: *Σουσι-*, 208: *Ἀμύνανδρος Μαχάειος*, 201: *Πέτθαλος Σιμμίαιος*, 141: *Ἀριστοκράτεια Βατταρακεία*.

Hoc loco non omittenda sunt, quae de Achaia et Phthiotide nuper exposuit Gerh. Kip: Thessalische Studien, Halis 1910, p. 54 ss.

[1]) Haec est sententia U. de Wilamowitz, quae ea quoque re comprobatur.

[2]) Si *Ἀθῆναι* seiungi licet a nomine *Μυκῆναι* aliisque, comparanda esse existimo nomina *Πότνιαι* (: *Πότνια*) et *Κόρσαι* (: *Κόρσος*). Cf. Kretschmer: Einleitung i. d. Gesch. d. griech. Sprache p. 418 ss.

[3]) Sic est scribendum, cf. Bechtel, Genethliacon Robertianum p. 74.

Europae impositum est,[1]) et illius deae cultum usque ad insulam Cyprum pertinuisse verisimile est. Nam si titulus J. H. S. XI 1890, 63 ab eo, qui illum edidit, recte lectus est, opinari licet (e nomine *Ἑλλωτ-*) deam, cui nomen erat *Ἑλλωτία*, etiam Cyprios esse veneratos. Quae cum ita sint, illum cultum perantiquum atque genti, ut ita dicam, Pelopum[2]) attribuendum esse apparet.

Cum aliis locis Graeciae, tum Argi et Iuppiter *Μαχανεύς* et Minerva *Μαχανία* colebantur; sed hominum nomina *Μάχανος*, *Μαχανίδας*, similia (donec nullum ectypon vidi, lego nomen I. G. IV 132 *Μαχανία*, quod hoc mihi quidem veri esse similius quam *Μαχαλία* videtur) propter formam separanda esse ab illo cognomine censeo. Eodem modo maiorem partem nominum stirpem *Παρθενο-* continentium inter theophora ad Minervam spectantia referre vereor. Huc accedit, quod reliqua pars, quae revera esse theophora videtur (velut *Παρθενοκλῆς*, *Παρθενόδωρος* I. G. XII 8, Thas. 355, 21, exeunte primo a. Chr. n. sc.), etiam ad alios deos ut Dianam revocari potest. Neque in minore difficultate versamur de nominibus *Παλλάδας* similibusque iudicantes; nomen modo *Παλλάδιος*, quod vix alia ratione explicatur, ad Minervae cognomen *Παλλάς* (i. e. *κόρη*[3])) spectans in theophoris numerare non dubito.

Postquam autem attuli nomina *Παναθήναιος*[4]) (v. Pape; cf. *Παναίτωλος* Polyb. V 61; X 49) et *Τριτωνίς* (nomen serae aetatis, *Τρειτωνίς* I. G. XII 5, 165, Pari. *Τριτωνίς* Alciphr. I 4), quae quodam modo cum religione Minervae coniuncta sunt, hoc loco addere mihi liceat theophora ad diem festum *Ἀπατούρια* spectantia, quia Minervae quoque cognomen datum est *Ἀπατουρία* (Pausanias II 33, 1. Venus Apaturus, Phanagoreae, Strab. XI 495. *Ἀπατόρια· Ὁμοπατόρια* schol. ad Aristoph. Ach. 146, Guil. Schulze: Quaest. ep. 79, adn. 3, Toepffer Pauly-Wissowa I 2, s. v.):

---

[1]) Cf. *Ἑλλωτία* Etym. Magn.; *Ἑλλωτίς* Athenaeus XV 678 b.

[2]) Cf. de Pelopibus Buttmann: Mythologus II p. 170 s., U. de Wilamowitz: Herakles I p. 2, adn. 2.

[3]) A. Fick, B. B. 22, 125.

[4]) Cf. p. 8, adn. 3.

Ἀπατούριος Κατ. Βολ. 404. 4./3. sc. a. Chr. n.

Ἀπατούριος Le Bas II 1, 1595 a. Chalcide, in Euboea.

Ἀ[πατ]ούριος Μαραθώνιος I. G. XII 8, Lemn. p. 5 ad a. 166/5.

Ἀπατούριος Μαραθώνιος legatus I. G. II Add. 593.

Ἀπατούριος I. G. I suppl. p. 111; nr. 462 d. 11.

Ἀπατούριος I. G. II 406. 821. 1035 (peregrinus). 3470. 3471.

Ἀπατούριος I. G. III 1057.

Ἀπατούριος Stamatiades Σαμ. I 229. Sami.[1])

Ἀπατούριος Deli B. C. H. VI 1882, 7. 9. 11. 13. 28. 37. 39. 40. 44. 45. B. C. H. VII 1883, 105. IX 1885, 148. XI 1887, 461. XXVII 1903, 403. XXVIII 1904, 160. XXIX 1905, 425. 545. XXXI 1907, 431.

Ἀπατούριος I. G. XII 7, Arces. 9, 1.

Ἀπατόριος I. G. XII 7, Arces. 69, 53.

Ἀπατούριος Herzog IV 31. Coi. Fil. eius Ἀπατούριος Herzog IV 31.

Ἀπατούριος Κῶϊος I. G. XII 8, Samothr. 170, 62 filius sequ.

Ἀπατούριος Κῶϊος I. G. XII 8, Samothr. 170, 62.

Ἀπατούριος Ῥόδιος S. G. D. I. 2671, 2. Delphis.

Ἀπατούριος Arch. epigr. Mitt. 1883, 144. Trysae, in Lycia. Sic equidem lego.

Ἀπατούριος Galata, Pol. IV 48.

Ἀπατοῦρις Heb.-Wilh. 252 in Cilicia.

Ἀπατούριος Le B.-W. 288. B. C. H. IV 1880, 403. Halicarnassi.

Ἀπατούριος Hula-Szanto p. 16. B. C. H. XXII 1898, 385 prope Mylasam.

Ἀπατούριος Alabandeus Vitr. VII 5, 5.

Ἀπατούριος Le B.-W. 242, Tichiussae, prope Miletum.

Ἀπατούριος S. G. D. I. 5502. Mileti. pr. p. 1. sc. p. Chr. n.

Ἀπατούριος Μιλήσιος I. G. II 442.

Ἀπατούριος Μιλήσιος I. G. III 2594.

Ἀπατούριος Μιλήσιος B. C. H. VI 1882, 336. Deli.

Ἀπατούριος Priene 148 I.

Ἀπατούριος Ἀπατουρίου Priene 313, 81.

Ἀπατούριος Priene 313, 82. 142 II 6.

Ἀπατούριος Priene 313, 83.

Ἀπατούριος Priene 313, 84. 185.

Ἀπατούριος Priene 313, 281.

Ἀπατούριος Priene 313, 495.

Ἀπατούριος Priene 313, 617.

Ἀπατούριος Priene 313, 79. 80. 81? 609.

Ἀπατούριος Μ. κ. Β. Α′ 107. Erythris.

Ἀπατούριος Wil. Nordion. St. p. 59. Erythris. 1. sc. a. Chr. n.

Ἀπατούριος Μ. κ. Β. Γ′ 122, 123. B. C. H. III 1879, 390. S. G. D. I. 5692 a. Erythris. c. 275 a. Chr. n.

Ἀπατούριος C. G. C. Ionia 211. Mus. Nap. 187. Num. chron. 1900, 205, 206. Smyrnae 2. sc. a. Chr. n.

Ἀπατούριος C. G. C. Troas 113. Cymaeus n. 2 et 1. sc. a. Chr. n.

Ἀπατούριος A. M. XXVII 1902, 125. Pergami.

Ἀπατούριος A. M. XXXII 1907, 436. Pergami.

Ἀπατούριος C. I. G. 3656. S. G. D. I. 3752. Cyzici. 2. sc. a. Chr. n.

Ἀπατούριος Νικομηδεύς B. C. H. III 1879, 425. S. G. D. I. 4942, in Creta.

Ἀπατούριος Lat. I 46.

[1]) Mensis Ἀπατουριών Stamatiades Σαμ. I 230.

Ἀπατούριος Lat. II 443, bis.
Ἀπατούριος Lat. IV 205, bis.
Ἀπατούριος Lat. IV *Βοσπ.* 275.
Ἀπατούριος Lat. IV Ὀλβ. 28.
Ἀπατουρίς Lat. IV *Βοσπ.* 363.
Ἀπατούριος Panticapaeus S. G. D. I. 2581, 22. Delphis.
Ἀπατούριος S. G. D. I. 5785, 4. Olbiae?
Ἀπατούριος Byzantius Demosth. 33, tit.
[Ἀπατ?]ούριος Παριανός I. G. XII 8, Samothr. 175, 3.
Ἀπατούριος Arch. epigr. Mitt. 1882, 36. Istropoli.
Ἀπατούριος Ἰστριανός I. G. III 2499.
Ἀπατούριος B. C. H. IX 1885, 314. 315. 317. Odessi.
Ἀπατούριος Bulg. 92. 1. sc. a. Chr. n.
Ἀπατούριος Ἀπατουρίου Bulg. 115, aet. Rom.
Ἀπατούριος orator, Seneca controv.

Nomen Ἀπατούριος fines Ionum haud multum excessisse facile ex hoc catalogo intellegitur.[1])

Ἀπόλλων.

Cum neminem miraturum esse existimem, quod Hauptii (De Apollinis antiquissimo cultu, Schwedtii 1830) et Leopoldi de Schroeder (K. Z. 1888, 193[2])) de Apollinis origine sententias omisi, quia non subtiliore ratione opus esse ad eas refellendas censeo, magni referre mihi videtur ea examinare, quae Udalricus de Wilamowitz[3]) de Apolline protulit. Cum enim rectissime cognoverit, quam multis ac variis rationibus Apollinis cultus cum Lyciae ora nexus sit, deum ipsum Graecos a Lyciis accepisse conclusit. Atque etiam nomina theophora ab Apolline ducta primo aspectu idem, quod Udalricus de Wilamowitz contendit, docere videntur. Neque vero oblivione obruendum est Graecos, si homines alienae gentis nominant, saepissime non transcribere, sed convertere; quae res ut cognoscatur, e titulis

[1]) Diem festum Apaturiorum apud Iones ortum esse nunc censet etiam F. Solmsen: Beiträge zur griechischen Wortforschung I, p. 23.

[2]) Cf. P. Kretschmer, K. Z. 1895, 267; Oldenberg: Die Religion des Veda, 35 s. et passim.

[3]) Hermes XXXVIII 1903, p. 575 ss. et Greek historical writing and Apollo. Two lectures delivered before the university of Oxford, June 3 and 4, 1908 by Ulrich von Wilamowitz-Moellendorff, Oxford 1908, p. 31 s. Staat und Gesellschaft der Griechen, Kultur der Gegenwart II, IV 1, p. 33.

bilinguibus Graeca Phoeniciaque lingua conscriptis, quorum complures nomina quoque theophora exhibent, duo eius generis exempla apponere satis habeo:

עבדתנת בן עבדשמש הצדני *Ἀρτεμίδωρος Ἡλιοδώρου Σιδώνιος*
C. I. S. I 1, 116.

עבדאסר ואחי אסרשמר *Διονύσιος καὶ Σαραπίων*
C. I. S. I 1, 122

(cf. *Ἀβδ(ήλος)* et *Διό(δωρος)* Babylone Num. chron. 1898, 231). Alia autem ratione Phoenices antiquiore aevo ipsi utuntur nomen *Εἰρήνης Βυζαντίας* hoc modo reddentes הרנא בעלת בזנתי (C. I. S. I 1, 120 = A. Conze Att. Gr. tab. LXIII).

Sed iam convertamus ad Lycios ipsos, quorum inscriptiones in primo volumine titulorum Asiae Minoris ab Ernesto Kalinka collectas habemus! Earum autem ex numero hoc loco imprimis sextam mihi esse tollendam existimo, in qua nomen *Ἀπολλωνίδης* forma Lycia *pulenjda* scriptum invenimus. Hoc mihi haud indignum esse memoratu videtur, non solum quod illa Graecae linguae attribuenda est,[1]) sed etiam quod prima littera aphaeresi evanuit.

Quamquam dixerit quispiam eam esse elisam, cum vocalis antecederet, tamen hanc dubitationem reiciendam esse existimo; neque enim hanc elisionem in aliis inscriptionibus (cf. Lyc. I 36, 14 aliasque) reperimus, et illam rem in nomine *tẽnegure* conspicimus, quod meo quidem iudicio recte nomini Graeco *Ἀθηναγόρας* in illa regione creberrime occurrenti aequatum est (C. G. C. Lycia XXXIII).

Eandem primae vocalis aphaeresin etiam apud Pamphylios, Lyciorum finitimos, animadvertimus, quorum lingua, etsi Aeolicis Graecae linguae dialectis adnumeranda est, tamen nonnulla barbarorum propria conservabat.[2]) Indigenae autem, qui illam regionem incolebant, quin cum Lyciis propinqua cognatione con-

---

[1]) Postquam haec scripsi, iterum editus est liber illustrissimus Eduardi Meyer (Geschichte des Altertums[2]), in quo de eodem nomine disputavit (l. c. I 2, 640).

[2]) Hic conferenda esse censeo ea, quae disputavit Franciscus Praetorius, Z. D. M. G. 1901, 369.

iuncti fuerint, dubium non esse arbitror. Quorum e nominibus haec affero relatu perdigna:

Θανάδωρος Lanck. Pamph. I 84.
Φορδισία Lanck. Pamph. I 89.
Φορδισίς Lanck. Pamph. I 73.
Φορδίσιος Lanck. Pamph. I 90.[1])

Cum hoc loco occasio data sit, mihi non omittendam esse persuasum habeo aphaeresin, quam in nominibus Graecis inveniri multi viri docti contenderunt. Quam certa sint documenta illius rei, optime uno nomine demonstrare satis habeo: in titulo Thessalico legitur **Γούνιππος* (I. G. IX 2, 517, 87). Sed ego quidem melius esse nego nomen unius apud Pausaniam exstantis exempli auctoritate parum fundatum (*Γώνιππος*),[2]) quod qua ratione interpretandum sit, ignoramus, quam, quoniam antecedit lacuna, nomen usitatissimum restituere, quod his testimoniis tam multis tamque constantibus haud leviter commendari existimo:

Ἀγώνιππος I. G. XII 2, 526 a 18, c 39, d 12, 14.
Ἀγώνιππος Ἀγωνίππου Apolloniae Illyr. Hunt. coll. II 3, Mus. Nap. 130.
Ἀγώνιππος I. G. XIV 421, I a 3.
Ἀγάνιππος Σικυώ[νιος] B. C. H. XXVI 1902, 265. Delphis.
Ἀγώνιππος I. G. IV 925, 35.
Ἀγωνίππα I. G. IX 1, 421, in Aetolia,

quibuscum conferenda sunt haec:

Ἀγωνικράτης I. G. XII 3, Ther. 339, 3. Tiberio imperatore.
Ἀγωνόκλεα I. G. VII 1534. Tanagrae.
Ἀγωνοχάρης Παιανιεύς I. G. VII 4254 (falso in indice), Oropi.
Ἀγωνίς Lilybaei, cf. Pape.

Itaque ratione habita versus illius Aristophanei Av. 283 illam lacunam in titulo Larisaeo ita expleo: *Αἰσχύλος [Ἀγουνίππειος, Ἀ]γούνιππος Αἰσχύλειος*.

Quae cum ita sint, facile intellegitur non esse causam, cur sententiam Friderici Bechtel (B. B. XX 1894, 243 ss. XXIII 1897, 247 s.) et Augusti Fick (Wochenschrift für klassische Philologie 1906, 1281), qui semper illa aphaeresi Graecos usos esse negabant, in dubio ponamus.

[1]) Similis aphaeresis in lingua Syriaca invenitur.
[2]) Messenius, Paus. IV 27, 1.

Sed iam ad Lycias inscriptiones, unde huc digressi sumus, revertamur! Etiam maioris momenti quam ille, cuius supra mentionem feci, titulus XXV esse mihi videtur, in quo vel nomen dei commemorari existimo. Cum illud, ni fallor, ad hoc tempus non sit cognitum, totam inscriptionem hoc loco exscribere mihi liceat:

ebeis tucedris [m . . .] | tuwetē kssbezē crup[sseh] | tideimi se purihime[teh] | tuhes tlãñna atru ehb[i] | se ladu ehbi ticeucēprē | pilleñni urtaqijahñ cbatru | se prijenubehñ tuhesñ. | *Πόρπαξ Θρύψιος Πυρι-|βάτους ἀσελφιδοῦς | Τλωεὺς ἑαυτὸν κα[ὶ] | τὴν γυναῖκα Τισευ|σέμβραν ἐκ Πινάρων | Ὀρτακία θυγατέρ(α) Πυ|ανόβα ἀδελφιδῆν | Ἀπόλλωνι.*

Qui reliquas Lyciorum inscriptiones perlustraverit, eos sonum $\bar{o}$ ignorare inveniet. Sed ex eo, quod Graeci nomina *ecatamla* et *pikedere* modo *Ἑκατόμνας* (Lyc. I 32) et *Πιξώδαρος* (Lyc. II I, p. 56 A. 4), modo *Ἑκατόμνως*[1]) (saepe, cf. Pape) et *Πιξώδαρος* (Lyc. I 45) transscribunt, Lycios litteras *a* et *e* (Kalinka) *ȧ* et *ö* extulisse apparet. Itaque in Lyciorum titulis Graecae vocali *ω* illae litterae respondent. Si igitur Apollinis nomen a Lyciis transcriptum est, loco *ω* Graecae littera Lycia *a* aut *e* (Kalinka) conspici necesse est. Redditur autem nomen Graecum *Ἀπολλωνίδης* *pulenjda*. Porro titulo, quem exscripsimus, comparato *Ἀπόλλωνι* vocem Lyciam *pilleñni* respondentem videmus. Hanc quidem Ernestus Kalinka verbo *ἐκ Πινάρων* (*Πιναρίδα*) parem ponit, sed hoc oppidum *pinara* nominatum esse et tituli et nummi docent; neque positio quidem vocis habet quicquam offensionis, si verba *urtaqijahñ cbatru se prijenubehñ tuhesñ* a lapidario postea addita esse opinamur.[2])

Iterum occurrit aphaeresis litterae *α*, quam in nominibus Lyciis *pulenjda* atque *tēnegure* et Pamphyliis *Θαναδωρος* atque *Φορδίσιος* iam repperimus. Ut igitur illa nomina, ita nomen Apollinis ipsum a Graecis ad Lycios translatum est.

---

[1]) Cf. *Σπάλωξος* et *Σπάλαξος* Mastauris, Kretschmer: Einleitung in die Geschichte der griechischen Sprache p. 303. Qua cum re componantur, quae F. Praetorius de lingua indigenarum Syriae exposuit Z. D. M. G. 1901, 369.

[2]) Simili modo fortasse in quinquagesimo sexto titulo *wehñtezi* (*Ἀντιφελλίτης*, cf. C. G. C. Lycia XXXI) additum est.

Nunc negaverit quispiam gentem Tremilorum esse eandem ac Lyciorum, quos Homerus commemoraret. Sed ne hoc quidem dubium relinquitur nomine ducis Lyciorum *Πάνδαρος* comparato. Optime de omnibus rebus ad hanc quaestionem pertinentibus disputavit P. Kretschmer (Einleitung in die Geschichte der griechischen Sprache p. 370 ss.).

Cultus igitur Apollinis a Doribus in Lyciam translatus est, neque a Rhodo aut ceteris illius regionis insulis, quia ne haec coniectura recta sit, vox *Ἀπόλλων* in titulo Theraeo (I. G. XII 3, 536) septimi saeculi reperta impedit, sed a Peloponneso insulaque Creta. Apud Dores enim eum fuisse domesticum etiam nominibus, quae antiquissimam formam *Ἀπέλλων* conservabant, demonstratur. Nam saepissime inveniuntur in Argolide et in Boeotia neque rarissima sunt in Lacedaemoniorum ac Messeniorum inscriptionibus, apud quos omnino fere non sunt diffusa nomina theophora.

Sed priusquam nomina a stirpe *Ἀπελλων-* derivata afferam, nonnulla verba de dea Latona addam; etsi U. de Wilamowitz rectissime cognovit nulla in alia regione theophora a Latona ducta nomina inveniri quam in ora Asiae Minoris (cf. Greek hist. writ. and Apollo, p. 31, non in Lycia, sed imprimis in Caria), tamen non prorsus refelli potest sententia eorum, qui etiam hac in re nomen Asiatici numinis Graecos in suam linguam convertisse opinantur. Occasione nunc data nomina ad illam pertinentia congero:

Λητώ, uxor Euagorae Cyprii, Lucian. De imag. 27.

Λητόδωρος Rhodius I. G. XII 1, 768 a; bis.

Λητόδωρος Rhodius I. G. XII 1, 867, 5.

Cognomen Tib. Iuliae Antoniae *Λητωΐς* Le B.-W. 595. Aphrodisiade.

Ἰούλιος Λητοΐδης C. I. G. 2929, 17. Anth. IX 751; in Caria.

Λητόδωρος B. G. H. IV 1880, 303, 306 = S. G. D. I. 5727 a. ex. 5. sc. a. Chr. n. Halicarnassi.

Λητόδωρος B. C. H. I 1877, 346. Cauni.

Λητόδωρος Le B.-W. 512. Cnidi, nepos sequentis.

Λητόδωρος Le B.-W. 512. Cnidi.

Λητοΐδης Le B.-W. 837; Aezanis, in Phrygia.

Λῆτος Le B.-W. 993; Aezanis, in Phrygia.

Λητωΐς C. I. G. 384, 6 c, Add.; in Phrygia.

Iohannes *Λητοῖος* J. H. S. XII 1891, 266; in Cilicia.

Λητοῖος Anth. Pal. VII, 551. Liban. Ep. 18.

Λητόδωρος Phanagoriae Lat. II 353. a. 151 p. Chr. n.

[Λη?]τόδωρος Lat. II 402. Gorgippiae.

Πετρηία Λητώ, Μουσαίου γυνή, Thermis Himerensibus I. G. XIV 332. fort. peregrina.[1])

In iisdem regionibus, in quibus illa nomina erant usitata, etiam Latona non coniuncta cum liberis suis adorabatur; cf. haec exempla quae nullum huius consortionis vestigium ostendunt:

Λητώ B. C. H. XVIII 1894, 32; in Caria.

Λητώ J. H. S. IV 1883, 358, Ramsay Cit. I 146; in Phrygia.

Λητόεια dies festus Hierapolis Jahrb. 73; in Phrygia.

Latona in nummis Tripoli, Laodiceae, Tabalae, Mastaurae, cf. C. G. C. Lydia.

Μήτηρ Λητώ M. κ. B. Z' 78; in Lydia.

Λητώ M. κ. B. Γ' 162. Maeoniae.

Λητώ M. κ. B. E' 28. Smyrnae.

Λατῶι Ἀσιάτιδι B. C. H. XXXII 1908, 237. Argi.

Ac iam ad nomina *Ἀπελλέας, Ἀπελλᾶς* sim. recurramus, quorum exempla e lexico Papiano et e titulis haec collegi:

Ἀπελλᾶς Bulg. 115. Arch. epigr. Mitt. 1886, 180.

Ἀπελλᾶς Bulg. 264.

Ἀπελλῆς Byzantius I. G. II 119.

Ἀπελλῆς Maroneae C. G. C. Thrace 125 = Imh. Bl. IV p. 17 = Num. Z. IV, 201. a. a. Chr. n. 400/350.

Ἀπελ(λ)ῆς A. M. XIV 1889, 195. Thessalonicae, aet. Rom.

Ἀπελλᾶς lib., Gomphis I. G. IX 2, 287 c 13.

Ἀπελλᾶς in Epiro C. G. C. Thessaly 99 a. a. Chr. n. 238/168.

Ἀπελλῆς I. G. IX 1, 1045 (dub.).

Ἀπελλῆς Delphis S. G. D. I. 2288, 2.

Ἀπελλ . . . . . I. G. VII 1901.

Ἀπελλᾶς I. G. VII 2125.

Ἀπελλᾶς I. G. VII 1777.

Ἀπελλᾶς I. G. VII 2450.

Ἀπελλέας I. G. VII 1752.

Ἀπελλέας I. G. VII 1753.

Ἀπελλέας I. G. VII 2446.

Ἀπέλλικος I. G. VII 1889 (prob. *Ἀπέλλιχος*?).

Ἀπελλεῖς B. C. H. XVIII 1894, 534. Thisbae.

Ἀπελλίων *Ἐφ. ἀρχ.* 1892, 143. Chalcide, peregrinus?

Ἀπελλ- I. G. II 828.

octies *Ἀπελλῆς* I. G. II, ter *Ἀπελλῆς* *Δελτ. ἀρχ.* 4, 67; 6, 82.

Ἀπελλικῶν I. G. II 1049, 4.

Ἀπελλικῶν C. G. C. Attica 37. Sundwall p. 127.

Ἀπελλῆς I. G. II suppl. 626 b 24.

Ἀπελλαῖος Atheniensis?, Harp., Poll. III 27.

Ἀπελλῆς Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 38.

Ἀπελλῆς Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 30.

Ἀπελλῆς Ἀπελλοῦ Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 47.

[1]) Nomen *Λη[τογ?]ένου* I. G. XII 8, Samothr. 170 c 1 removendum est; equidem legendum esse *Δηλοξένου* (cf. I. G. VII 484) vel similiter opinor.

Ἀπελλῆς Aeginae I. G. II 423.
Ἀπελλέας I. G. VII 209. Aegosthenis.
ter Ἀπελλέας I. G. VII. Megarenses.
bis Ἀπελλέας I. G. IV.
quater Ἀπελλᾶς I. G. IV.
Ἀπελλίων I. G. IV 772. 1145. 1481. (A. M. XIX 1894, 214. Δελτ. ἀρχ. 7, p. 95.).
Ἀπελλακῶν Spartae; 2. sc. p. Chr. n. Annual 1905/06, p. 464.
Ἀππελῆς (sic!) Lacedaemonius B. C. H. IX 1885, 245. S. G. D. I. 4546.
Ἀπελλέας Spartae Olympia 160. S. G. D. I. 4418. 5. sc. a. Chr. n.
Ἀπελλίων Messenius B. C. H. V 1881, 155.
Ἀπελλίων Arcas A. M. VI 1881, 304. S. G. D. I. 1190.
Ἀπελλᾶς I. G. XIV in Italia.
bis Ἀπελλῆς I. G. XIV in Italia.
Ἀπελλῆς Syracusanus D. Sic. XI, 88.
Ἀπελλᾶς Cyrenaeus Marc. Her. Ep. per. Menipp. 2.
Ἀπελλίων Cres C. I. G. 2562.
Ἀπελλᾶς B. C. H. XIII 1889, 56. S. G. D. I. 5076. Cres.
Ἀπελλᾶς Rhodi I. G. XII 1, 954. (Litteris elegantibus aspicatis primi fere a. Chr. n. saeculi, gen. Ἀπελλᾶτος.)
Ἀπελλῆς Herondas IV 73 (ed. Crusius 1905).
Ἀπελλᾶς Coi P. H. 352, 8.
Ἀπελλᾶς Coi Herzog 175, 29.
Ἀπελ- Therae I. G. XII 3, 327, 295. merc. Pt.
Ἀπελλᾶς Therae I. G. XII 3, 630.
Ἀπελλᾶς Therae I. G. XII 3, 1397.
Ἀπελλᾶς(?) Therae I. G. XII 3, 1305.
Ἀπελλέας Astypalaeae I. G. XII 3, 201.
Ἀπελλᾶς Anaphae I. G. XII 3, 315.
Ἀππελλᾶς Deli B. C. H. VII 1883, 107.
Ἀπελλ- Deli B. C. H. XXXII 1908, 416.
Ἀπελλῆς I. G. XII 5, 776. Andri.
Ἀπελλῆς I. G. XII 5, 135. Pari.[1])
Ἀπελλῆς Chius Plut. Adul. 22. Ath. X 420 d.
Ἀπελλῆς S. G. D. I. 5660. Chii. 1. sc. a. Chr. n.
Ἀπελλῆς? A. M. XIII 1888, 167. S. G. D. I. 5659. Chii. 4. sc. a. Chr. n.
Ἀπελλῆς B. C. H. III 1879, 318. S. G. D. I. 5657. Chii. 4. sc. a. Chr. n.
Ἀπελλῆς Mionnet III 267. C. G. C. Ionia 337. Chii. a. 84 a. Chr. n.
Ἀπελλῆς Chius S. G. D. I. 2581, 198. Delphis.
Ἀπελλικῶν Ἀπολλοδώρου Paspates *Χιακ.* 408. Chii.
Ἀπελλῆς Icariae *Μ. κ. Β. Α'* 139 = Stamatiades Ἰκαρ. 21.
Ἀπελλῆς I. G. XII 8, Samothr. 185, 5.
Ἀπελλῆς Cesnola 5 b; in Cypro.
Ἀπελλῆς Le B.-W. 2799; in Cypro.
Ἀπελλίδωρος (sic!) Murray Cyprus 96 (cf. Ἀπείλων!).
(*Ἀπολλίδωρος Mionnet S. VI 99: Ἀπολλόδωρος aut Ἀπελλίδωρος?) cf. nomen ad nostra tempora conservatum vici *Apello*, quod situm est in insula Cypro.
septies Ἀπελλῆς Heb.-Wilh. in Cilicia. B. C. H. VII 1883, 454. 455. VIII 1884, 233.

[1]) Ἀπελίων correctum est ab Ottone Kern in Ἀμπελίων I. G. XII 5, 339 (cf. Ἀμπελίδης A. M. XXIII, 1898, 497 Smyrnae; Ad. Wilhelm: Beitr. zur griech. Inschriftenkunde p. 211 Athenis, et Ἀμπελίων Flinders Petrie Naukratis p. 63); sed forsitan in illo nomine lateat Ἀπελλῆς.

Ἀπελλῆς Le B.-W. 1290. 1295 in Lycia.
Ἀπελλῆς Le B.-W. 408 in Lycia.
Ἀπελλᾶς Le B.-W. 1629. 1632. 1640 in Lycia.
Ἀπελλᾶς Lyc. II, II 84. B. C. H. XI 1887, 49.
[Ἀ?]πέλλεμις B. C. H. XI 1887, 41 in Lycia.
Ἀπελλῖνος Lanck. I 39, 4. 8 in Pamphylia.
Ἀπελλῆς Lanck. I 98, 7. 18. 20 in Pamphylia.
Ἀπελλᾶς Lanck. II 55. 80 a. 133 in Pisidia.
Ἀπελλῆς Pisidia I. G. II 3271.
Ἀπελλῆς B. C. H. XXIII 1899, 184 in Pisidia.
Ἀπελλᾶς Rev. ét. gr. 1893, 190. 191. 194. 197—199. Iasi.
Ἀπελλίων Rev. ét. gr. 1893, 194. Iasi.
Ἀπελλικῶν Anc. gr. inscr. III 443. Iasi.
bis Ἀπελλῆς B. C. H. V 1881, 497. S. G. D. I. 5515. Iasi. a. 377/353 a. Chr. n.
Απελλῆς B. C. H. XXVIII 1904, 249. Panamarae.
Ἀπελλᾶς Rev. ét. gr. 1906, 98. Aphrodisiade.
bis Ἀπελλᾶς Pap. Americ. sch. II 340 in Isauria.
Ἀπελλᾶς C. G. C. Lydia 22.
Ἀπελλᾶς Le B.-W. 678 in Lydia.
Ἀπελλᾶς C. G. C. Lydia LVII 346. 347.
ter Ἀπελλᾶς Priene.
bis Ἀπελλέας Priene.
bis Ἀπελλῆς Priene.
Ἄπελλις Priene 4.
Αὐρηλιανὸς Ἀπελλᾶς Τραλλ° 80. Nysae, pater sequentis.
Ἀπελλᾶς Τραλλ° 80. Nysae.
Ἀπελλώνιος (?) Μειλήσιος Ἐφ. ἀρχ. 1899, 148. Eretriae.
Ἀπελλᾶς Wiegand, Milet II 122.

Ἀπελλίδης Notii B. C. H. XVIII 1894, 219.
Ἀπελλᾶς Anc. gr. inscr. III 578. 600. 602 c. 656. Ephesi.
Ἀπελλῆς Num. chron. 1880, 141. Ephesi.
Ἀπελλιανή Eph. p. 211. Ephesi.
Ἀπελλᾶς Eph. p. 211. Ephesi.
Απελλιανή A. M. XVII 1892, 199. Maeoniae, aet. Rom.
Ἀπελλᾶς C. G. C. Phrygia LXXI 271 ss.
Ἄπελλις B. C. H. VI 1882, 515 in Phrygia.
Ἀπελλίδης C. G. C. Phrygia 244 = Imh. Bl. II 238. Ramsay Cit. I 107.
Ἀπελλᾶς Annual 1897/98, 50 in Phrygia.
Ἀπελλᾶς B. C H. VII 1883, 455 in Phrygia, filius sequ.
Ἀπελλᾶς B. C. H. VII 1883, 455 in Phrygia.
Ἀπελλῆς Ἀπολλωνίου Μοτελληνός Chron. d'Or. 497 = J. H. S. VIII 1887, 383 in Phrygia. Ramsay Cit. I 151 = Journal of philology 19, 69 ss.
Ἀπελλᾶς I. G. III 731. Phryx.
Ἀπελλικῶν Phryx Magnesia 59 b. 24.
Ἀπελλ[ῆ]ς Ramsay Cit. II 700 in Phrygia.
Ἀπελλᾶς Ramsay Cit. II 385 = B. C. H. VIII 1884, 233 in Phrygia.
Ἀπελλίδης Ramsay Cit. I 146, aet. Rom., frater sequ. in Phr.
Ἀπολλώνιος Ramsay Cit. I 146, aet. Rom., filius sequ. in Phr.
Ἀπολλόδοτος Ramsay Cit. I 146, aet. Rom., filius sequ. in Phr.
Ἀπελλίδης Ramsay Cit. I 146, aet. Rom., in Phrygia.
Ἀπελλίδης Ramsay Cit. I 156, Journal of philology 19, 399 in Phr.
Ἀπελλᾶς? Ramsay Cit. II 395 in Phrygia.

'Ἀπελλᾶς Chron. d'Or. 217 in Phrygia.
'Ἀπελλᾶς Hierapolis Jahrb. 117.
'Ἀπέλλων Hierapolis Jahrb. 115.
'Ἀπελλίδης Hierapolis Jahrb. 134.
'Ἀπελλίδης Ramsay Cit. I 142 in Phrygia.
'Ἀπελλίδης Ramsay Cit. I 143 in Phrygia.
bis 'Ἀπελλεινάριος Le B.-W. 829 (cf. 'Ἀμμωνάρις Rev. ét. gr. 1891, 391) in Phrygia.
bis 'Ἀπελλᾶς Le B.-W. 900 in Phrygia.
'Ἀπελλᾶς Dorylaei B. C. H. XX 1896, 65.
'Ἀπελλᾶς Dorylaei A. M. XIX 1894, 328, aet. Rom., filius sequ.
'Ἀπελλᾶς Dorylaei A. M. XIX 1894, 328, aet. Rom.
'Ἀπελλίων Ancyrae Arch. epigr. Mitt. 1885, 122 = Perrot 123. Aet. imp. Rom.
'Ἀπελλῆς *M. κ. B. E'* 56. Maeoniae.
'Ἀπελλίων *M. κ. B. E'* 4. S. G. D. I. 5616. Smyrnae.
'Ἀπελλῆς *M. κ. B. B' β'* 40. Smyrnae.
'Ἀπελλῆς S. G. D. I. 5617. Smyrnae.
'Ἀπελλῆς Rev. ét. gr. 1899, 388. Smyrnae.
'Ἀπελλικῶν *M. κ. B. A'* 76. Smyrnae.
'Ἀπελλῆς Colophonius, pictor Plut. Alex. 4. Paus. IX, 35, 6, aliique.
'Ἀπελλίας *M. κ. B. A'* 103. S. G. D. I. 5692 a. Erythris.
bis 'Ἀπελλᾶς *M. κ. B. B' β'* 54. Erythris.
'Ἀπελλικῶν *M. κ. B. Γ'* 122. 123. B. C. H. III 1879, 390. 391. Erythris.
'Ἀπελλίας C. G. C. Ionia 102. 128. (Ita corrigendum est.) Num. chron. 1904, 303. Erythris.
'Ἀπελλίας Wil. Nordion. St. p. 29.
'Ἀπελλᾶς C. G. C. Ionia 122. 123. Regl. 1118. Erythris. a. 387/300 a. Chr. n.
'Ἀπελλίης S. G. D. I. 5692 b. Erythris.
'Ἀπελλᾶς S. G. D. I. 5697. Erythris.
'Ἀπελλικῶν [1]) Tei B. C. H. IV 1880, 177. Strab. XIII 609. XIV 644. Plut. Syll. 26. Ath. V 214 d ss.
'Ἀπελλῆς B. C. H. IV 1880, 382. V 1881, 487. 498. Phoceae.
bis 'Ἀπελλῆς B. C. H. IX 1885, 173. Myrinae. Nécr. Myr. 207. 208?
'Ἀπελλᾶς C. G. C. Ionia 33. Clazomenis.
'Ἀπελλῆς Τημνίτης I. G. III 2939.
'Ἀπελλινάρ(ι)ος B. C. H. XXIV 1900, 411 in Bithynia.
'Ἀπελλῆς Pergamon 5, 12. 183. 1297. 1298.
'Ἀπελλίδης Pergami A. M. XXIX 1904, 172. a. a. Chr. n. 147/146.
'Ἀπέλλισος l. 'Ἀπελλῖνος? C. G. C. Mysia 170.
'Ἀπελλῆς C. G. C. Troas 107. Cumis.
('Ἀπελλῆς Cumaeus, nomen fictum, Plut. De Hom. poes. 2, Suidas s. Ὅμηρος.)
'Ἀπελλᾶς C. G. C. Troas 209. Mus. Nap. 178. Mytilenis.
'Ἀπελλικῶν Oester. J. III 1900, 54. Scepsi.
'Ἀπελλικῶν Assi Pap. Americ. sch. I 47, 48. Le B.-W. 1033 a.
bis 'Ἀπελλῆς Ilion 467. 455.
'Ἀπελλῆς, pater eius est *Πύθας* Le B.-W. 1743 *l*; tit. perantiqu.
'Ἀπελλῆς Cyzici A. M. VI 1881. 48. 46.
'Ἀπελλῆς B. C. H. XIV 1890, 536. S. G. D. I. 5523. Cyzici. 4. sc. a. Chr. n. p. pr.

[1]) Qui Aristotelis Theophrastique libros a Nelei liberis acquisivit, cf. Dziatzko, Pauly-Wissowa I 2, 2693 s.

Ἀπελλῆς Cyzici A. M. XXVI 1901, 122. 124.
Ἀπελλᾶς Lat. I 217.
ter Ἀπελλᾶς Lat. IV 135. 148.
Ἀπελλικῶν Lat. IV 432 A I 11, B I 16.
Ἀπελλῆς *num.* S. G. D. I. 5685, 5. Maroneae. a. 400/350 a. Chr. n.
Ἀπελλῆς in ansa amphorae, Catalogue général des antiquités égyptiennes du musée du Caire 26112, 1.
Ἀπελλῆς pictor Ἐφ. ἀρχ. 1908, 15. 37.
Ἀπολλόδωρος pictor Ἐφ. ἀρχ. 1908, 42.

(Alios, quorum patria est ignota, cf. in lexico Papiano!)

Quamquam Gual. Prellwitz (B. B. XXVI 1901, 327, 1) nomina Ἀπελλέας, Ἀπελλᾶς similiaque eadem ratione atque mensem Ἀπελλαῖος ad diem festum, qui a Lacedaemoniis habeatur et Ἀπέλλαι nominetur, pertinere contendit, tamen hoc mihi probari non potest, primum quod haec nomina, si ad diem festum spectarent, non in Ionia reperiremus, quoniam ibi non Ἀπέλλαι, sed Ἀπατούρια agebantur (Nilsson: Griechische Feste, p. 464), deinde quod ille mensis[1]) semper fere cum alio conexus est, cui Graeci nomen Ἀρτεμίσιος imposuerunt, denique quod nomen Ἀπελλᾶς ab Ἀπολλᾶς (velut Magnesia 326, 1; 110 a 5; C. G. C. Ionia 20, 41) nullo modo separandum est. Atque alia quoque theophora eundem habent exitum, quorum exempla affero haec:

Ἀρτεμᾶς (Ἀρτεμῆς), Ἀσκληπᾶς, Ἀφροδᾶς, Ἑκατᾶς, Ἐπαφρᾶς, Ζηνέας (Ζηνᾶς, Ζηνῆς), Ἡρέας (Ἡρᾶς), Ἡφαιστᾶς, Ἰσᾶς, Μηνᾶς, Μητρέας (Μητρᾶς), Ποτιδᾶς (Ποσειδῆς), Πυθέας (Πυθᾶς, Πυθῆς), Σαραπᾶς.

Addo haec nomina non theophora:

Πιξᾶς Lyc. II, I 52, 19 : Πιξώδαρος.
Τληπᾶς Hierapolis Jahrb. 113 : Τληπόλεμος.
Στρατᾶς : Στρατογένης, ambo Keil-Premerstein 141.
Μολπᾶς : Μολπαγόρης C. G. C. Thrace 70. 71. 230, Abderae. 5. sc. a. Chr. n. p. 2.
Σωσθᾶς : Σωσθένης B. C. H. XXXIII 1909, 422. Prusae.
Σιτᾶς Cass. Dio 51, 23 : Σιτάλκης.
Ἀσπᾶς : Ἀσπάσιος P. Louis Ialabert: Mélanges de la faculté orientale de l'Université Saint Joseph (Beyrouth 1906) I 145 in Syria. Ad Wilhelm: Beitr. zur griech. Inschriftenkunde p. 222.

---

[1]) Ἀπελλαῖος : Ἀπελλᾶς = Εὐφραῖος : Εὐφρᾶς = Ποτειδαῖος : Ποτειδᾶς.

Ammonius *Σακκᾶς*, i. e. *Σακκοφόρος*. Idem cognomen B. C. H. VII 1883, 240.

Nominibus *Ἀπελλέας, Ἀπελλᾶς* sim., quae quin ab Apolline ducta sint, non iam dubium esse puto, quamquam saepius in Asia Minore occurrunt, tamen, quia in collectione mea e titulis Asiae ad viginti quinque milia theophororum, Peloponnesi circiter septingenta nomina a diis ducto contuli, quisquis ea perlustraverit, imprimis Dores usos esse atque formam, quae nominibus per totam Graeciam dilatis conservata est, antiquissimam esse concedet.

Quae cum ita sint, illud etymum, quod Carolus Robert[1]) glossemate Hesychii *ἀπέλλαι · σηκοί, ἐκκλησίαι* comparato proposuit, liquere existimo.[2]) Primo igitur Apollinem Graeci venerabantur ut deum, qui cohortem contra lupos atque alias feras defendebat (cf. Ilias *Φ* 448: *Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες.*) Qua de re etiam *νόμιος* cognominabatur:

Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κείνου,
ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους.[3])

Sed utrum ad illum nomina hominum, velut *Νόμιος* Alciphr. III 25, *Νομίων* Ilias B 871. Ant. Lib. 5 referenda sint necne, ego quidem in dubio pono; melius enim est ea conectere cum his nominibus: *Νομοκράτια* I. G. VI 3150 et *Νομοκλῆς Κατ. Βολ.* 415.

Diana autem, soror eius, *ὁμότροφος Ἀπόλλωνος*, ut *πότνια θηρῶν* (Ilias *Φ* 470, cf. Aeschyl. Agam. 133 ss. ed. Sidgwick) adorabatur. Neque scio an eodem modo sint conferenda cum Apolline, deo pastorum, nomina, quae a voce *Καρνεῖος*[4]) ducta sunt;

Σπάρτη τοι Καρνεῖε τὸ δὴ πρώτιστον ἔδεθλον,
δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης.[5])

---

[1]) Cf. Eduard. Meyer: Gesch. d. Altert. II p. 98.

[2]) Etymologia vero, quam attulit Gualt. Prellwitz (B. B. XXIV 1898, 214: *Ἀπέλλων* i. e. *ὁ σθένων* vel *βοηθῶν*) nec probabilitate caret neque ullo modo refelli potest.

[3]) Callim. hymn. in Apoll. 47 s. (ed. de Wilamowitz), cf. etiam Eurip. Alc. 572.

[4]) Cf. *Κάρνων* C. G. C. Ionia 53 (falso in indice), Ephesi. a. 387/295 a. Chr. n.

[5]) Callim. hymn. in Apoll. 72 s., cf. Pind. Pyth. V 97 ss.

Καρνεάδης I. G. II 465.
Καρνεάδης Atheniensis, Suidas.
Καρνεάδας A. M. III 1878, 73. Dymis, in oppido Achaiae.
Καρνεᾶς I. G. XII 3, Ther. 845.
Καρνεοφῶν I. G. XII 3, Anaph. 279.
Καρνεοφῶν I. G. XII 3, Anaph. 314.
Κάρνις Smith-Porcher 6, 11. p. 100 = S. G. D. I. 4833, 11, Cyrenaeus.
Καρνειάδας Pind. Pyth. IX 71. Cyrenaeus.
Καρνεάδης philosophus (cf. Pape), Cyrenaeus. I. G. II 1406.
Καρνεάδης C. I. G. 5314, Cyrenaeus.
Καρνήδας Cyrenaeus C. I. G. 5143 = S. G. D. I. 4847. C. I. G. 5144 = S. G. D. I. 4846. C. I. G. 5309 = S. G. D. I. 4869. C. I. G. 5160.
Καρνεάδας Cyrenaeus Annual 1905/06, 442. Spartae.
Καρνεῖος Megarensis Athen. IV, 156 e—157 b.
Καρνεῖος B. C. H. XXIX 1905, 434. Deli.
Καρνεῖος Stamatiades *Σαμ.* V, 715. Sami.
Καρνοΐσκος I. G. XII 1, A 1322.
Καρνεΐσκος S. G. D. I. 4245, 452.
Καρναΐσκος Herzog 170 a. Coi.
Καρνεΐσκος Herzog 170 b. Coi.
Καρνεΐσκος C. G. C. Caria 91. 93. Cnidi. a. 300/190 a.[1])
Καρνεάδας Cnidius A. M. XXI 1896, 162 in ansa amph. Athenis repertae.
Καρνεόδοτος Nécr. Myr. 225. B. C. H. IX 1885, 185 in ansa amph. Cnidiae.
Καρν[εάδας aut *εόδοτος]* S. G. D. I. 3549, 242. 333. Cnidius, amph.
Καρνεάδας S. G. D. I. 3549, 257. 258. Cnidius, amph.
Κάρνος Ἀπολλωνίου Pap. Americ. sch. II 44 in Cappadocia.
Καρνεάδας I. G. XIV 1737.
Καρνεάδης I. G. XIV 433. *Βαρκαῖος*, Afer. Tauromenii.
Καρνεάδης I. G. XIV 1170. 1171. 1172.
Καρνεάδης C. I. G. 2052. Sozopoli, in Thraciae oppido.
Καρνεάδης poeta D. L. IV 9, n. 11.
Καρνείων Suidas.
Κάρνις Etym. magn. 61, 52.

Cum neque aliis rebus neque theophoris unquam a Thebanis adoratum esse Apollinem *Καρνεῖον* demonstrari possit, non dubium est, quomodo locus Pindaricus Pyth. V 72 ss., quo Pindarum e Aegidarum gente ortum esse doceri dicitur, interpretandus sit (Cf. Nilsson, Griechische Feste, p. 127 s. O. Schroeder, Wochenschr. f. klass. Phil. 1893, 705 ss.).[2])

Ad aliud cognomen Apollinis *Ἀγρεύς*, cuius participes sunt etiam Neptunus et Pan, pertinere videtur nomen *Ἀγρεοφῶν*:

Ἀγρεοφῶν J. H. S. X 1889, 55. Lydis, in oppido Cariae.[3])
Ἀγρεοφῶν I. G. XII 8, Samothr. 200, 2.

[1]) *Ἀπόλλων Καρνεῖος* Cnidi Le. B.-W. 1572. S. G. D. I. 3527.

[2]) Chorus illa verba facit eodem modo atque in Nem. VII 85, ubi haud delendum est *ἐμᾶι*, quod codices scholiaque praebent.

[3]) Ibidem *Θεοὶ ἀγρότεροι* J. H. S. X 1889, 55, 57.

Grammaticus ille, qui scripsit *περὶ ὁμωνύμων* (Suidas s. Ἀπολλώνιος ἕτερος), fortasse nominandus est Ἀγρεοφῶν (pro Ἀγρέσφων).
(Cf. Ἄρτεμις ἀγροτέρα Δημ⁰ 125. 780 in Macedonia, A. M. VIII 1883, 202 in Euboea; praeterea nomina
Κλ. Αἰλ. Ἀγροτέριος I. G. XII 8, Thas. 435, 4.
Ἀγρεω- C. G. C. Pontus 96. Sinopae. Num. chron. 1885, 35. 333/306 a. Chr. n.
Ἀγρεύς Salae [Faustina II. imperatrice] Imh. Bl. I 410, 411.)

Quales autem fuerint dii, quos olim indigenae Asiae Minoris venerabantur, ab Apolline vel ab aliis numinibus Graecis depulsi quantaque pietate culti sint, ex uno exemplo colligimus. Iam I. A. Letronne (Oeuvres choisies III 2, 42 ss.) ex nominibus, quae cum stirpe *Μανδρο-* composita sunt, in ora Asiae Minoris olim deum adoratum esse, cuius a nomine illa theophora essent ducta, collegit; neque vero illum deum fuisse flumen Maeandrum existimo, cum, etiamsi discesseris a difficultatibus, quas vocales praebent, sententiam eius una cum Udalrico de Wilamowitz (Nordion. St. p. 64) aliisque secuti intellegere non possimus, cur nomen *Μαιάνδριος* suam formam conservet, *Μάνδρων*, cui idem est accentus, semper sit contractum. Huc accedit, quod Mandri fontes, quorum Livius XXXVIII, 15 mentionem facit, alia in regione siti sunt quam Maeander flumen (vide quae exposuit Alfred. Körte A. M. XXII 1897, 7; cf. *Μίδα κρήνη*, *Μόψου κρήνη*, *Μηνὸς κρήνη*).

Immo vero illius dei nomen a voce *μάνδρα*, quae adhuc e dialecto Ionica sumpta lingua Graeca conservatur (*μάνδραι*·[1]) *ἕρκη, φραγμοί, αὐλαί, σηκοὶ βοῶν καὶ ἵππων* Hesychius) fortasse derivatum est. Quod si ita res se habet, optime iterum confirmatur ac stabilitur sententia Caroli Robert, qui nomen Apollinis, ut iam p. 41 diximus, cum Hesychii glossemate *ἀπέλλαι· σηκοί. ἐκκλησίαι* conexuit. Tamen rectane sit mea de dei nomine opinio, cum certi aliquid explorari non possit, in ambiguo relinquo.[2]) Sed iam nomina ab illo deo ducta, quae in titulis et apud scriptores occurrunt, afferam:

[1]) Cf. locorum nomina *Μάνδρα* Le B.-W. 1095 et *Μάνδρα* Pap. Americ. sch. III 260.

[2]) Forsitan in glossemate abstruso *Μανδραγόρας· Ζεύς* (*Μανδραγορῖτις· Ἀφροδίτη*), quod Hesychius in lexicon suum recepit, aliquid recti haereat.

Μάνδρων Atheniensis Zen. III 44, Apost. VI 45. Suidas s. *ἐγένετο κ. τ. λ.*, Macar. III 45.

Διόμανδρος I. G. II, suppl. 1035, 10 (nomen est peregrini).

Διόμανδρος I. G. III 1145.

**Διόμανδρος* I. G. III 1268, hoc incertum est, fortasse *Τίμανδρος* vel *Δήμανδρος* vel *Ὀνόμανδρος* vel *Ἐρύμανδρος*.[1])

Ἀρχέμανδρος I. G. IV 1496, 17. 21 in Asclepieo Epidaurio rep.

Ἀναξίμανδρος I. G. XIV 1231 (nomen est peregrini).[2])

Μανδρόβουλος Ael. N. an. XII 40 et alii. Sami.

Μανδροκλέης Herod. IV 87—88.

Μάνδρων Sami S. P. B. A. 1904, 921. 2. sc. a. Chr. n.

Ἀναξίμανδρος Sami S. B. P. A. 1904, 921. 2. sc. a. Chr. n.

Μανδροκλῆς Sami S. B. P. A. 1904, 922. 2. sc. a. Chr. n.

Θεομανδρίδης Sami S. B. P. A. 1904, 922. 2. sc. a. Chr. n.

Μάνδρις (?) B. C. H. VI 1882, 146. Deli.

Μανδρόνικος B. C. H. XXXIII 1908, 72 (tab.). Deli.

Μανδρόθεμις I. G. XII 5, 1027. Pari.

Κλεόμανδρος I. G. XII 7, Arces. 108. pr. p. 4. sc. a. Chr. n.

Σωσίμανδρος I. G. XII 7, Min. 329, serae aetatis.

Μανδρόδικος I. G. XII 7, 327.

Μανδροπότης? *Μ. κ. Β. Α'* 139 = Stamatiades *Ἰκαρ.* p. 21.

Ἀναξίμανδος Wil. Nordion. St. p. 18. Chii.

Μανδραγόρης S. G. D. I. 5656. Chii = Paspates *Χιακ.* p. 401, ineunte 4. sc. a. Chr. n.

Μανδροκλῆς S. G. D. I. 5656 = Paspates *Χιακ.* p. 401. Chii ineunte 4. sc. a. Chr. n.

Ἡγήμανδρος (= **Ἡγημόμανδρος*, cf. S. G. D. I. 5500, adn. F. Bechtel) Patmi *Ἐφ. ἀρχ.* 1862, 257 = Revue de philol. 1902, 138. S. I. G. 681.

Μάνδρων Astypalaeae I. G. I. suppl. 115.

Ἀρασίμανδρος Therae I. G. XII 3, 562 (nomen perantiqu., laevorsum).

Θεόμανδρος I. G. XII 3, 816. 4. sc. a. Chr. n.

Κλεύμανδρος I. G. XII 3 add. 1302, 47. 2. sc. a. Chr. n.

Μάνδρις Coi Herondas I 23. I 68. 77 (ed. Crusius 1905).

Μανδρογένης Calymnae B. C. H. VIII 1884, 35. S. G. D. I. 3593 II.

Μανδρογένης Anc. gr. inscr. II 298. Calymnae.

Μάνδρις Anc. gr. inscr. II 298 Calymnae.

Μανδρι- Anc. gr. inscr. II 293 Calymnae.

---

[1]) Nomen *Ἐρύμανδρος*, quod etiam in Megaride occurrit, non stirpem *μανδρο-*, sed *ἀνδρ-* continet, cf. F. B. p. 114 et 288; sim. *Ἔχμανδρος* F. Bechtel, Hermes XXXIV 1899, 396.

[2]) *Μανδρηκίδας* Le B.-F. 352 h, Mantineae, a. a. Chr. n. 61 fort. peregr. propter nomen *Μηνᾶς* ibidem repertum, sed cf. codd. Plut. Pyrrh. 26, Lacedaemonius **Μανδρικίδας*, i. e. *Μανδρηκίδας*. — Nomen *Θέμανδρος* Fougères: Mantinée p. 525, 13, 30 intellegendum esse mihi videtur ut compositum e *Θεμι-* (F. B. 142) et *-ανδρος* (idem atque *Ἀνδρόθεμις* mutatis elementis compositionis), id quod mihi iam maxima cum benignitate proposuit Hiller de Gaertringen.

Μάνδρων Ad. Wilhelm Arch. epigr. Mitt. 1897, 71. Mus. Ital. III 573. Itani, Cretensium.

Θεύμανδρος Cyrenis, Smith-Porcher 6, 49, p. 111. S. G. D. I. 4833, 49. in. 3. sc. a. Chr. n.

Θεόμανδρος Cyrenis, Theophr. apud Athen. XIII 567 a.

Μανδρογένης Syedrae Heb.-Wilh. 235 in Cilicia filius sequ.

Μανδρογένης Syedrae Heb.-Wilh. 235 in Cilicia.

Μανδρόβης Pisida, Lanck. II 58, 28.

Μανδρόβης Pisida, Lanck II 58, 28.

Μανδρο[γέ]νης Pap. Americ. sch. III 298 (sic ego quidem lego).

Μάνδρων Iasi Le B.-W. 257.

Μάνδρων Priene 313, 622.

Μάνδρων Priene 313, 406.

Ἀναξίμανδρος Priene 289.

Μανδρόλυτος (codd. **Μανδραύτος*) Prienensis Apul. Floril. 18.[1])

Μανδρογένης Magnes. Le B.-W. 265. Magnesias XX. Iasi.

quater *Μανδρογένης* Magnesia, cf. Arr. Ind. XVIII 7 et Imh. Bl. II 78. Augusto imp.

quater *Μανδρόδωρος* Magnesia, cf. Arr. anab. VI 23, 2.

quater *Μανδροκλῆς* Magnesia.

Μάνδρος? Magnesia *M.* XXIII.

bis *Μάνδρων* Magnesia.

Μάνδρων? (v. l. *Ἄνδρων* Polyaen. V 19) Frontin. III 3, 7, *ἀρχιπειρατής*, Stähelin, Pauly-Wissowa, suppl. I p. 81, 9 a.

Ἀναξίμανδρος Milesius philosophus (?) Wiegand Milet II 112.[2])

Ἀναξίμανδρος Mileti S. G. D. I. 5505. 7. sc. a. Chr. n.

Κυδίμανδ[ρος] Mileti Revue de philol. 1905, 334. 7. sc. a. Chr. n.

Μανδρόμαχος Mileti S. G. D. I. 5505. 7. sc. a. Chr. n.

Διόμανδρος Mileti S. B. P. A. 1905, 987 = Dittenberger Or. Gr. I 227 = Revue de philol. 1901, 126.

Ἡγήμανδρος Mileti Anc. Gr. inscr. 921 a. S. G. D. I. 5502. 5500. pr. p. 1. sc. p. Chr. n.

Μάνδρων Tralles 60.

Μάνδρων Tralles 133.

Μάνδρων Trallibus B. C. H. V 1881, 345.[3])

Ἀναξίμανδρος Le B.-W. 1018. Ancyrae.

[Μ]άνδρος Ramsay Cit. II 761 in Phrygia.

[Ἀναξί]μ[αν]δρος? C. I. G. 3800. A. M. XV 1890, 256. Le B.-W. 588. Heracleae.

Μανδροκράτης C. I. G. 3091.

Ἑκατόμανδρος Colophonius *M. κ. Β. Γ'* 219.

Μάνδρων Ephesi Num. chron. 1881, 20. a. 202/133 a. Chr. n.

Μανδρῆς Ephesius Plut. Prov. 57, filius sequ.

Μανδρόλυτος Ephesius Plut. Prov. 57.

Ἀθηνόμανδρος Ephesi Num. chron. 1880, 117. 1881, 17. 18. Mus. Nap. p. 179.

---

[1]) Quod nomen restituit Diels, cf. Fragm. d. Vorsokratiker I p. 10, et Hiller de Gaertringen: Priene p. 198, nr. 433.

[2]) Pro *Θέρμανδρος* Mileti Mionnet III 171, S. VI 278 non *Θεόμανδρος*, sed *Μέναν*δρος (cf. C. G. C. Ionia p. 200, 161) esse legendum videtur, id quod benigne mecum communicavit C. Regling, vir doctissimus.

[3]) *Μανδρόπολις* oppidum Phrygiae, Liv. XXXVIII, 15, St. Byz. alii.

Μανδρῶναξ Clazomenis C. G. C. Ionia 19. 20. 25. Imh. Bl. I 283. Regl. 1091. 1092. a. 387/300 a. Chr. n.
Μανδρῶναξ Clazomenis (?), Jahrbuch des archäologischen Instituts VII 1892, Arch. Anz. p. 176.[1])
Κλείμανδρος A. M. X 1885, 205. Cyzici.
Πυθόμανδρος Tei? Anacr. frg. 60.
Μάνδρων Wil. Nordion. St. p. 64. Haloneae. 6. sc. a. Chr. n.
Κλεόμανδρος I. G. XII 8, Thas. 313, 1.
Μανδρόβουλος I. G. XII 8, Thas. 285, 8.
Μανδρόβουλος I. G. XII 8, Thas. 277, 51.
Μάνδρων I. G. XII 8, Samothr. 170, 80.
Μανδρίας I. G. XII 8, Imbr. 84, 5.
Νεόμανδρος I. G. XII 8, Thas. 307, 10.
Νεόμανδρος I. G. XII 8, Thas. 295, 1.
Νεόμανδρος I. G. XII 8, Thas. 355, 33.
Νέομ[ανδρος?] I. G. XII 8 in ansa: Skorpil I 30, 14.
Μάνδρων Abderae Imh. Bl. I 40.
Μανδρῶναξ Abderae Imh. Bl. I 38. Num. chron. 1886, 249.
Μάνδρων rex Bebrycum Plut. Mul. virt. 18. Polyaen. VIII 37.
Μανδρογένης Athen. XIV 614 d, cf. c. IV 130 c.
Χαρίμανδρος Senec. Quaest. nat. VII 5.
Νεγόμανδρος (Pamphylius? cf. *Νεγόπολις*) Flinders Petrie Naukratis II 64, n. 766.

Ab his separanda sunt nomina:

Καλλίμανδρος Syrus Ios. XIII 10, 2. 3 et
Καλλίμανδρος Alexandrinus Porph. Tyr. fr. 6, 26.[2])

At fuerunt viri docti, qui, num illa nomina theophora essent, dubitantes I. A. Letronne sententiam impugnarent; neque vero iis assentior, cum nullo alio modo intellegam, cur nomina non iam occurrant posteriore aetate tam frequenter; sed etiam eo dubitatio illa removetur, quod haec stirps *Μανδρο-* cum aliis deorum nominibus componitur:

Ἀθηνόμανδρος, Διόμανδρος, Ἑκατόμανδρος, Θεόμανδρος,

[1]) *ΝΑΝΡΙΠΓΟΣ* I. G. XII 5, 542, 57 Proconnesius: *Μάνδριππος*?? I. G. XII 5, 10, 15 Ii equidem lego *Δεξιφάνης*, non *Λεξιφάνης*.

[2]) Ottoni Kern, qui haesitans in titulo Pagasaeo apud Arbanitop. *Κατ. Βολ.* n. 11 restituit *Μάνδρου* ex *Λαάνδρου* Berl. philol. Wochenschr. 1910, 1327, etsi eius coniectura, quod attinet ad palaeographiae rationes primo obtutu valde nobis arridet, tamen assentiri non possum, quia desiderantur alia huius nominum generis exempla in Thessalia reperta; qua de causa ego quidem legerem *Λαάνδρου* (vide Polyaen. VIII 38, cf. nomina *Λάαρχος* Polyaen. VIII 41. Plut. Mul. virt. 25. || I. G. VII 3175. 3182. *Ναάρχίδας* v. Schlosser p. 55 aliaque), nisi nunc ipsum Arbanitopullos iterum affirmaret in lapide conspici litteras *Λ* et *α*, quae cum elemento *Λαϊ-* in aequo ponendae esse mihi videntur.

Πυθόμανδρος, quibus comparanda sunt haec: *Πύθερμος*, *Ἡρόπυθος*, *Μητρόπυθος*, *Ἡροσκάμανδρος*.[1])

Graeci cum agrum colere coepissent, Apollinem etiam ut arvi tutorem adorabant. Huc pertinere videtur nomen *Σμίνθιος* vel *Σμινθεύς*, quod Apollini impositum esse in Aeolide et Rhodi inter omnes constat; quare nihil miri quod nomina hominum ab illo ducta in ea regione inveniuntur:

Ζμίνθευς I. G. XII 2, 124.
Σμιθίνας I. G. XII 2, 6, 36.[2])
Σμινθία A. M. IX 1884, 28. Cyzici.

Sed etiam in urbe Magnesia illum deum cultum esse rectissime e nomine mensis *Σμισιών* collegit Otto Kern;[3]) maximi autem momenti ac mentione dignissima sunt haec nomina, quae antiquissimis temporibus etiam alias gentes eum veneratas esse docent:

Σμίθων I. G. XII 3, M. 1139 (perantiquum).
Σμίνθις S. G. D. I. 1181 A. 29 in Arcadia, Megalopoli.
Σμίνθος Θεισπιεύς I. G. VII 1888.
Ζμίνθιος Pap. Americ. sch. III 298 in Pisidia.[4])

Sed ut greges agrosque tuetur, ita homines a morbis defendit aut aegrotantes ad sanitatem perducit. Quam ob rem Graeci summa pietate venerabantur etiam *χρυσοκόμην Παιᾶνα, ὃν ἠύκομος τέκε Λητώ* (ad hunc spectant nomina hominum *Παιανόδωρος* [Eleus Olympia 182, 1. 3. sc. p. Chr. n.], *Παιάνιος*,

[1]) In nominibus *Ἡρόθεος*, *Πύθεος* (**Πυθόθεος*) elementum *-θεος* principalem significationem conservavisse existimo; *-θεος* = splendidus, cf. Fr. Bechtel B. B. XXX 1906, 267.

[2]) *Ζμ* : *Σμ* cf. *Ζμένδρων* B. C. H. VIII 1884, 37 Calymnae. *Ζμένδρων* S. G. D. I. 3624 d 14 Coi = *Ζμένδ(ρ)ων* Dittenberger S. I. G. 588, 109. B. C. H. VI 1882, 41 (Deli.). *Ζμένδρων* S. G. D. I. 3624 d 80 Coi. — *Σμένδρων* P. H. 11, 2. 12 a 18 Coi. *Σμένδρων* I. G. XII 2. 511 a 18. — *Σμίνθια* certamina *Μ. κ. Β. Β΄ α΄* 125. Le B.-W. 1730 b. Alexandriae Troad. imperatorum aetate Romanorum. — Ex qua regione ortus est *Αὐρ. Σμινθεύς* I. G. III 1197? — Nomina *Σμίνθιος*, quae in Corpore inscr. Gr. inter hominum nomina relata videmus, removenda sunt, cf. F. B. p. 299 s.

[3]) Cf. mensem *Σμισιών* Chii Wil. Nordion. St. p. 70 a. c. 690 a. Chr. n.

[4]) Cf. *Σμίνθης* (*ἔγραψε φαινόμενα*) Arati V. 2, 5, p. 324, 10 (Maaſs) et Zminthius agnomen C. I. L. XI 6362. Dessau I. L. S. 7364 Pisauri. De Apollinis *Σμινθίου* origine, cum ad Volcanum devenerimus, nonnulla verba addam.

Παιώνιος, *Παιωνίς*, similia, quorum maiorem numerum conquisivi, quam quem hoc loco afferre possim); atque eadem ratione in Caria deus, cui cognomen *Οὔλιος*[1]) erat, a Graecis Apollini in aequo positus est. Neque vero dubium est, quin nomen *Οὐλιάδης* ad illum deum pertineat, cuius quamquam multa testimonia iam congessit Guilelmus Schulze Quaestiones epicae p. 516, tamen iis nonnulla exempla addam, quibus ea, quae ille vir doctissimus disputavit, optime confirmantur:

Οὐλιάδης I. G. II 1379.
Οὐλιάδης I. G. II 465, 61.
Οὐλιάδης Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 17.
Οὔλιος I. G. II 5, 672 c. 16, cf. Add. p. 299.
Οὔλιος Atheniensis Marcell. vit. Thuc. 3. Cf. adn. Koehleri I. G. II 5, 672 c.
Οὐλ- C. G. C. Attica 51. a. 196/87 a. Chr. n.
Οὐλιάδης I. G. XII 8, Samothr. 182, 1.
Οὐλ(ι)άδης I. G. XII 8, in ansa: Becker X 216, 7.
Οὐλιάδης Σάμιος Priene 37, 120.
Οὐλιάδης Οὐλιάδου Σάμιος ἰατρός I. G. XII 7, Min. 231, 8.
Οὐλιάδης S. B. P. A. 1904, 921. Sami. 2. sc. a. Chr. n.
Οὐλιάδης Samius Plut. Arist. 23.
Οὐλιάδης I. G. XII 5, 1, 733. Andri.
Οὐλιάδης I. G. XII 1, 46, 420.
Οὐλιάδης I. G. XII 1, 46, 419.
Οὐλιάδης I. G. XII 1, 46, 418, filius sequ.
Οὐλιάδης I. G. XII 1, 46, 418.
Οὐλιάδης I. G. XII 1, 46, 178.
Οὐλιάδης I. G. XII 1, 49, 35.
Pro **Ἰουλιάδης* Aeschin. ep. 5, 1 legendum est *Οὐλιάδης Ῥόδιος.*[2])
Οὐλιάδης Priene 42, 1.
Οὐλιάδη[ς]..ζ.υσ.. Δια.... Magnesia 9, 10, vide quae adnotavit Kern!
Οὐλιάδης J. H. S. XVI 1896, 225 = 233. Tichiussae, prope Miletum.
Οὐλιάδης Μιλήσιος S. G. D. I. 2563, 42. 2564, 45. Delphis.
Οὐλ- C. G. C. Ionia 184 (falso in indice). a. 700/494 a. Chr. n. M. I. P. Six attribuit hunc nummum oppido Cariae, Olymo, Num. chron. 1890, 222.
Οὐλιάδης Ἁλικαρνασσεύς I. G. III 2265.
Οὐλιάδης B. C. H. IV 1880, 303. Anc. Gr. inscr. IV 1, 893. S. G. D. I. 5727. Halicarnassi. ex. 5. sc. a. Chr. n.
Οὐλιάδης B. C. H. XIV 1890, 100. Halicarnassi, filius sequ.
Οὐλιάδης B. C. H. XIV 1890, 100. Halicarnassi.
Οὐλιάδης C. I. G. 2656 in Caria.
Οὐλιάδης Πινδάρου Le B.-W. 286. Iasi.

---

[1]) Cf. Strabo XIV 635: *Οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσί τινα καὶ Μιλήσιοι καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικόν· τὸ γὰρ οὔλειν ὑγιαίνειν.* — Similiter a Phoenicibus in insula Cypro Baal sanator בעל מרפא (C. I. S. I 1, 41) adorabatur. Idem atque *Ἀπόλλων Οὔλιος* est *Ἀπόλλων Λοίμιος* Macrob. Saturn. I 17.

[2]) Pro *Οὔλων* l. *Βούλων* I. G. XII 1, 977, 42.

Οὐλιάδης B. C. H. V 1881, 497. S. G. D. I. 5515. Iasi. a. 377/353 a. Chr. n.
Οὐλιάδης, pater Hecataei, Le B.-W. 270. Iasi.
Οὐλιάδης Rev. ét. gr. 1893, 192. Iasi. a. 54 p. Chr. n. Sic equidem lego pro *Ἰουλιάδης*.
Οὐλιάδης Hula-Szanto 25, in Caria.
Οὐλιάδης Le B.-W. 323—324. Olymi.
Οὐλιάδης Le B.-W. 330. Olymi.
bis *Οὐλιάδης* Le B.-W. 335. Olymi.
Οὐλιάδης B. C. H. XIII 1889, 375. 379. Olymi.
Οὐλιάδης Le B.-W. 399. Mylasae.
Οὐλιάδης Le B.-W. 408. Mylasae.
Οὐλιάδης Le B.-W. 409. Mylasae.
Οὐλιάδης Le B.-W. 414. Mylasae.
Οὐλιάδης Le B.-W. 415. Mylasae.
Οὐλιάδης Le B.-W. 441. Mylasae.
Οὐλιάδης Μαυννίτης B. C. H. XXII 1898, 394 = A. M. XIV 1889, 379; idem A. M. XIV 1889, 376. 381. XV 1890, 261.
Οὐλιάδης Ἀλαβανδεύς P. H. 181. Coi.
Οὐλιάδης B. C. H. X 1886, 15. Laginae.
bis *Οὐλιάδης* B. C. H. X 1886, 16. Laginae.
Οὐλιάδης B. C. H. XV 1891, 190. Panamarae.
Οὐλιάδης Βαργυλιήτης Priene 47, 30.
Οὐλιάδης Ἡρακλεώτης Priene 51, 8.
Οὐλιάδης Ἀλινδεύς Magnesia 3, 2.
Οὐλιάδης Ἀλινδεύς (?) B. C. H. XV 1891, 540.
Οὐλιάδης C. G. C. Caria (*Ἀλινδεύς*) 12. Introd. XXXI. Caracalla imp.
Οὐλιάδης Χρυσαορεὺς ἀπὸ Ἀλίνδων I. G. VII 420.
Οὐλιάδης Χρυσαορεύς I. G. VII 1765.
Οὐλιάδης Τραλλιανός Magnesia 85, 2.

Οὔλιος igitur deus, ut iam supra commemoravimus, posteris saeculis Apollini *Ἰατρῷ* par est positus; ita fit, ut nomen *Ἰατροκλῆς* in iis ipsis regionibus sit frequentissimum. Testimonia, quorum e numero ad centum quinquaginta collegi, hoc loco afferre longum est.[1]) Alicuius autem momenti sunt haec nomina:

Ἰατροκλέης I. G. I suppl. 80. 373, 64. 81.
Ἰάτρων Ἰατροκλέους Ἀθηναῖος I. G. VII 325.
Ἰατρόδωρος C. G. C. Ionia 242. Mionnet III 195. 201. Suppl. VI 303. Smyrnae. 2. et 1. sc. a. Chr. n.
Ἰατρόδωρος C. I. G. 3367. Smyrnae.
Ἰητραγόρης Milesius Herod. V 37.[2])

[1]) *Ἰατροκλῆς* Theangelis Ad. Wilhelm, Beitr. zur griech. Inschriftenkunde, p. 219; Class. Rev. III 236.

[2]) Cf. *Ἀπόλλων Ἰητρός* Annual 1905/06, 181 in Thracia. *Ἀπόλλων Ἰητρός* Bulg. 156. 157, Apolloniae, in colonia Milesiorum. Forma Ionica usque ad secundum p. Chr. n. saeculum asservata est. Cf. Pick Arch. Jahrbuch XIII 1898, 169. *Ἀσκλήπιος ἰητήρ* Δημ° 257, in Macedonia (Pelagonia).

Iam priusquam Graeci in terras, quas postea incolebant, invaserunt, indigenae deum vaticinantem venerabantur, quem Graeci Apollini aequabant. Nam Apollo quoque ut *μάντις* (Aristoph. Plut. 9—11) adorabatur; ad hoc cognomen, quod etiam aliis diis impositum est, pertinentia nomina in omnibus fere Graeciae regionibus occurrunt. Quorum exempla centum quinquaginta fere congeri possunt.[1])

Inter sanctissimas autem sedes Apollinis habenda est Delus, ubi, priusquam Graeci eam occuparent, deum, qui illius esset simillimus, adoratum esse rectissime cognovit Udalricus de Wilamowitz; cuius insulae nympha iusto iure de ea dicit in hymno Callimacheo (in Del. 268 ss.):

. . . . ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῖο
Δήλιος Ἀπόλλων κεκλήσεται, οὐδέ τις ἄλλη
γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ,
οὐ Κερχνὶς κρείοντι Ποσειδάωνι Λεχαίῳ,[2])
οὐ πάγος Ἑρμείῃ Κυλλήνιος, οὐ Διὶ Κρήτη,
ὡς ἐγὼ Ἀπόλλωνι. . . . .

Cf. Pind. Ol. VI 59.

Neque solum in illa regione, sed etiam in continenti Graecia nomina ab Apolline Delio ducta haud raro inveniuntur. Praecipue illum coluisse videntur Boeoti. In eorum enim titulis haec occurrunt nomina, quae, quin ad deum Delium pertineant, non est dubium:

Δάλαρχος I. G. VII 2639. 2446.[3])
Δαλιάδας I. G. VII 538. 585.
Δαλικκώ I. G. VII 883.
Δαλιόδωρος I. G. VII 537.
Δάλιχος I. G. VII 2782.
Δαλόξενος I. G. VII 484.
Δαλίων I. G. VII 1566, 2434.
Δηλιοκν . . . I. G. VII 545.

[1]) *Μαντιμ* . . . . B. C. H. XXIII 1899, 193. Acraephiae (a. c. 200 a. Chr. n.) sic expleo: *Μαντίμαχος* vel *Μαντιμένης*.

[2]) Cum *Λεχαῖος* sit cognomen Neptuni, dativus *Λεχαίῳ* legendus est.

[3]) Quamquam etiam nomen *Ζήλαρχος* reperitur (Xen. Anab. V 7, 24. 29), tamen non solum quod illud in titulo imperatorum aetate inciso vocalem *α* conservabat — nomen enim, si cum stirpe *ζηλο-* compositum esset, formam dialecticam mutaturum fuisse veri est simillimum — sed etiam quod filio *Δαλάρχου* nomen est *Ἀπολλόδωρος*, ego quidem illud nomen in theophoris ponere non vereor.

Cf. pagum *Δάλιον* (*Δήλιον*), qui usque ad hodiernum diem antiquissimum nomen Dali conservavit, cf. Philippson, Pauly-Wissowa IV 2, 2442 s.

Addo nonnulla exempla ex aliis terris conquisita:

Attica:

Δηλι- I. G. II 848.
Δηλιάδης Φαληρεύς I. G. II 316.
Δηλιάς I. G. II 836, 8. 30. 31.
Δηλοφάνης Χολαργεύς (?) I. G. II 1461.

Thasus:

Δηλίας Θάσιος Hipp. III 46. L.
Δηλίων I. G. XII 8, 383, 4.
Δηλίων I. G. XII 8, 383, 2.
Δηλίων I. G. XII 8, 309, 18. 355, 41. || 429, 2, *Κωμαῖος*. || 355, 22, *Κωμαῖος*.

Lesbus:

Δαλιόκλης I. G. XII 2, 96, 4.

Samus:

Δηλόθεμις Σάμιος I. G. XII 5, 438. Pari. 4. sc. a. Chr. n.

Ceus:

Δηλόδοτος Κεῖος I. G. I 434.
Δηλό[θεμ]ις I. G. XII 5, 609, I 25 Add.
Δηλ[ο]φάνης I. G. XII 5, 609, I 31 Add. (sic ego).
Δηλο[κλῆ]ς I. G. XII 5, 609, I 26 (sic ego). 4. sc. a. Chr. n.
Δῆλις I. G. XII 5, 609, III 98.

Tenus:

Δηλιάδης I. G. XII 5, 875, 52.
Δηλικός I. G. XII 5, 1075, 17, legatus. [1]

Delus:

Δηλικός μέτοικος B. C. H. VII 1883, 106. 108. S. G. D. I. 5389. B. C. H. XXXII 1908, 14 (tab. 2).
Δηλοκράτης B. C. H. XXIX 1905, 503.

Cos:

Δαλιοκλῆς P. H. 344, 3 = S. G. D. I. 3698.
Δαλιοκλῆς S. B. P. A. 1901, 484. exeunte 1. sc. a. Chr. n.

Rhodus:

Δαλιάς I. G. XII 1, 751.
Δαλίων I. G. XII 1, 46, 194.
Δαλιάδας Ῥόδιος I. G. XII 8, Samothr. 186, 21.

Creta:

Δάλιος S. G. D. I. 5077. ex. 2. sc. a. Chr. n.

Ionia:

Δήλιος Ephesius, amicus Platonis, Plut. Adv. Colot. 32.

Caria:

Δηλιάδης B. C. H. IV 1880, 405. Halicarnassi.

---

[1] Cf. *Πυθικός*. Haud scio, an cum illo suffixo *-ικος* quadam ratione conexum sit elementum *-ικων*. Namque hoc non semper ad vocem *-ικέτης* referendum esse docemur his nominibus:

Φιλικῶν Olympia 75, 12. 76, 1. 77, 1. 80, 4. 5. 81, 12.
Ἀριστικῶν Aegostenis B. C. H. XVIII 1894, 500. I. G. IX 1, 257. Locr. or.
Τεριίκων I. G. XII 2, 256 a 37, Lesbi
Φανικῶν *M. κ. B. B' β'* 24. Smyrnae.
Φανικώ I. G. XII 5, 872, 46, Teni.
Σαυλίκων Nécr. Myr. 121, cf. F. Bechtel, Aeolica 52.
Ἱππικῶν I. G. XII 1, 732, 8, Rhodi.

Lycia:
Δήλων B. C. H. XVI 1892, 219, *Ὀλυμπηνός*. Aet. Rom., cf. *Πύθων*.

Cilicia:
Δηλλαρχος Heb.-Wilh. 155 A III. J. H. S. XII 1891, 249.
Δηλλαρχος Heb.-Wilh. 155 A V. J. H. S. XII 1891, 251.
Δηλλαρχος Heb.-Wilh. 155 A V. J. H. S. XII 1891, 251.
Δηλλαρχος Heb.-Wilh. 155 A IX. J. H. S. XII 1891, 255.

Phrygia:
Δηλᾶς Plinius VII 57.

Bithynia:
Δήλιος B. C. H. XXVII 1903, 323.

Chersonnessus:
Δήλιος Ἀπολλᾶ Lat. IV. 85. 2. sc. a. Chr. n.

Ex aliis regionibus:
Δαλίων cf. Pape.
Δαλίων Plinius VI, 30. XX, 17, saepius.
Δηλιάδης Plinius XXXIV 8, 85.

Cum aliis stirpibus, quae ipsae quoque ad cognomina Apollinis pertinent, copulata sunt nomina:

Ἀβαεόδωρος I. G. VII 585. 612.
Ἀβαιόδωρος I. G. VII 3596.
Ἀβηΐχα I. G. VII 724.
Ἀβηόδωρος I. G. VII 2716.
Ἀβαιόδωρος Thebanus S. G. D. I. 2700. Delphis.
Ἀβαιόκριτος Thebanus S. G. D. I. 2700. Delphis.

Nomina **Ἀμαιόκριτος* Pol. X 4 et **Ἀβοιώκριτος* (idem) Plut. Arat. 16 (ed. Sintenis V p. 149) corrigenda sunt in *Ἀβαιόκριτος*; illud quidem iam cognovit Kumanudes *Ἀθήναιον* III 168, cf. F. B. p. 39. Removendum est *Ἀβαῖος* I. G. XII 8, Samothr. 181, 16.

Ad Apollinem *Γαλάξιον* spectant:

Γαλαξίδωρος Thebanus Xen. Hell. III 5, 1 et
Γαλαξίδωρος Thebanus Plut. De gen. Socr.;

ad Apollinem *Πτώϊον*:

Πτωϊόδωρος, *Πτωϊοκλῆς*, sim. Boeoti I. G. VII saepe.
Πτωῖνος[1]) B. C. H. XXIII 1899, 93. Acraephiae, aet. Rom.
Πτωϊόδωρος B. C. H. XXII 1898, 244. Acraephiae.
Πτωϊότιμος B. C. H. XXIII 1899, 193. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n.
Πτωΐων B. C. H. XXIII 1899, 193. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n.
Πτωϊόδωρος B. C. H. XXIII 1899, 197. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n.
Πτωϊοκλῆς B. C. H. XXIII 1899, 197. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n.
Πτωϊοκλῆς B. C. H. XXIII 1899,

[1]) Cf. *Ἀσκλαπῖνος* B. C. H. XXIII 1899, 193, 199 Acraephiae, a. c. 200 a. Chr. n.

199. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n.

Πτωΐων B. C. H. XXIII 1899, 199. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n.[1])

Πτωϊοκλῆς B. C. H. VII 1883, 417. S. G. D. I. 2524. Boeotus, Delphis.

Πτωΐων B. C. H. XXI 1897, 559. Thespiis.

Πτωϊόδωρος (codd.: *Π(τ)οιοδώρου*) Thebanus Thuc. IV 76.

Πτωΐων B. C. H. XVI 1892, 111. Chalcide, in oppido Euboeae.

Πτωϊόδωρος Megarensis Dem. 18, 295. 19, 295. Harp. Suidas, alii.

Πτωϊόδωρος, avus Xenophontis Corinthii, Pindar. Ol. XIII 41. Filius Ptoiodori est *Θεσσαλός* Ol. XIII 35. 6. sc. a. Chr. n.

Πτωϊόδωρος Luc. De mort. 7, 1. 2.

Maxima autem pietate coluerunt Graeci Apollinem Pythium; qui quanta floruerit auctoritate, inde perspicitur, quod iam saeculo septimo ineunte in insula Cypro regnavit regulus, cui nomen erat *Πυθαγόρας*; quod elucet ex inscriptione Essarhaddonis, regis Assyriae, qui tota insula in potestatem suam redacta etiam principem illum sibi stipendiarium fecit.[2])

Praeter hoc, quo nullum antiquius proferri potest testimonium, inter vetustissima nomina ad deum Pythium pertinentia haec commemoratu digna esse mihi videntur neque hoc loco praeteriri debent:

Πυθόνικος Thebanus Pind. Pyth. XI 43. 6. sc.

Πῦθις I. G. I suppl. p. 108. 6. sc.

Πυθαγόρας Lacedaemonius Dion. Hal. II 58 cf. c. Plut. Num. 1. 8. sc. (Olymp. 16, 3).

Πυθάρατος Paus. IV 7, 4 (nomen fictum), in Messenia. 7. sc.

Πυθογένης Zanclaeus (in Sicilia) Herod. VI 23. 6. sc.

Πυθαγόρας Samius, philosophus. 6. sc.

Πυθαγόρης Röhl I. G. A. 388. Sami. 6./5. sc.

Πυθῶναξ I. G. XII 5, 298. Pari. 6. sc.

Πυθάρχη I. G. XII 7, 143. Amorgi. 6./5. sc.

Πυθῶναξ Suidas s. v. *Θεανώ*; in Creta. 6. sc.

Πύθερμος Phocaeus Herod. I 152. 6. sc.

Πύθερμος Teius Athen. XIV 625 c. 6. sc.

Πυθόμανδρος Teius Anacr. frg. 60. 6. sc.

Πύθων Anc. Gr. inscr. IV 1, 930. S. G. D. I. 5504. Branchidis. 7. sc.

Πύθων Röhl I. G. A. 482; in Aegypto ad locum Abu-Simbel repertum, ex hexapoli Dorica ortum. Ineunte 6. sc.

Πύθα Thymbraea Röhl I. G. A. 504. 6./5. sc.

Πυθέας Herod. VII 137. Abderae. exeunte 6. sc.

Πύθων Röhl I. G. A. 349. Abderae. 6./5. sc.

---

[1]) *Ἥρως Πτώϊος* B. C. H. XXII 1898, 244. Acraephiae.

[2]) Ferd. Justi: Geschichte der orientalischen Völker im Altertum, p. 327.

Posteris autem temporibus nomina *Πυθόδωρος*, *Πυθοκλῆς* sim.[1]) in omnibus Graeciae regionibus persaepe occurrunt. Aetate autem Romanorum dei auctoritas (i. e. Delphorum auctoritas) valde esse minuta videtur; namque cum in titulis secundo volumine Inscriptionum Graecarum collectis inter 2500 theophora Atticae ad Apollinem Pythium 190 spectant, in tertio 41 ad illum pertinent (inter 3600 th.).

His nominibus addo nonnulla, quae ad ludos Delphicos referenda sunt:

Πυθόνικος I. G. IX 1, 274. Locr. or.
Πυθόνικος Ἀντικυρεύς S. G. D. I. 1872. Delphis.
Πυθόνικος Λαρυμνεύς I. G. VII 3078. B. C. H. XXV 1901, 369. Delphis.
Πυθόνικος Thebanus Pind. Pyth. XI 43.
Πουθόνικος, *Πυθιόνικος* I. G. VII.
Πυθόνικος B. C. H. XXVII 1903, 265 in Argolide.
novies *Πυθόνικος* P. H. Coi. Hunt. coll. II 435. Mus. Nap. 198. C. G. C. Caria 217. Augusto imp.
Πυθιόνικος I. G. XII 3, suppl. 1302, 26.
Πυθονίκη Wiegand Milet II 104.
Πυθόνικος Priene 313, 407.
Πυθόνικος C. G. C. Troas Cymis 109. Imh. Bl. 277. Mionnet III 7. a. 320/250 a. Chr. n.
Πυθιονίκη Athenis Athen. VIII 339a, XIII 595f. alii.
Πυθιόνικος C. I. G. 4081, 9 in Galatia.
Πυθόνικος Atheniensis And. I 11—27, saep.
Πυθόνικος I. G. XII 8, Samothr. in num. p. 41.

Cum Delphis etiam artissime conexus est Apollo *Δελφίνιος*[2]) (Kretschmer: Einl. in die Gesch. der griech. Sprache 420); eandem stirpem hominum quoque nomina continent, quorum e numero haec afferre satis habeo:

Δελφίνιος I. G. III 1037.
Δελφινία (?) I. G. III 939.
Δελφίνιος *Μ. κ. Β. Γʹ* 125. Erythris.
Δελφίνιος Lat. IV *Γοργ.* 432 B II 7.
Δελφίδιος rhetor Sid. Epist. V 10.[3])

[1]) Nomina *Πυτίαρχος* B. C. H. XXV 1901, 271 (cf. *Δηλίαρχος*), Tegeae, 3. sc. a. Chr. n. et *Πύτιον* C. I. G. 1539 praebent eandem formam atque *Ἀπέλλων ὁ Πύτιος* I. G. XII 5, 868 A, B, tit. Cretensium (cf. Guil. Schulze, Berl. philol. Wochenschr. 1890, 1437).

[2]) Nomina *Δέλφις*, *Δελφίων*, *Δελφᾶς* alia congessit Wolf Aly: Der kretische Apollonkult, Lips. 1908; his addo nomen, quod est haud levis momenti, *Βελφίς* I. G. VII 619.

[3]) *Ἀπέλλων ὁ Δελφίδιος* Deli B. C. H. IV 1880, 355. S. G. D. I. 5150 in

Deinde mihi commemoranda sunt nomina a voce *Φοῖβος* ducta. Quorum exempla praebent imprimis tituli insularum Cycladum (velut Ii *Φοιβόδωρος* B. C. H. XXVIII 1904, 319; Therae *Φοιβοσθένης* I. G. XII 3, 327, 106; *Φοιβοτέλης* I. G. XII 3, 330, 1, atque haud raro inveniuntur in Peloponneso aliisque terris; sed nomen *Φοῖβος*, quod persaepe in omnibus partibus Graeciae occurrit, in nominibus re vera theophoris numerare dubito.

Eodem modo non plane exploratum esse censeo, num haec nomina ab Apolline ducta sint:

Νουμήνιος vel *Νεομήνιος* nomen usitatissimum; cf. I. G. XIV 421 II: *Ἀπολλόδωρος τοῦ Νεμηνίου*.
Lat. IV 128², p. 287 = S. G. D. I. 5563: *Ἀπολλώνιος Νεομηνίου*. 4. sc. a. Chr. n.
Δημ⁰ 563: *Νουμήνιος Κοίνου*.

Ἤματι μὲν γενόμην, ὧι καὶ κλυτότοξος Ἀπόλλων·
τεσσαρακαιδεκέτης δ' ἐξέλιπον βιοτήν.
Ταὐτῶι δ' ὧι γενόμην θάνον ἤματι τηνίκα Φοίβωι
ἀστοὶ πανδήμους ἐξετέλουν θυσίας.

Προστατηρίς I. G. VII 1363. 1635. 3541. } Ad Apollinem *Προστατήριον*?
Προστάτηρος I. G. VII 3224. } cf. Soph. El. 637.[1])
Ἑώιος I. G. XIV 1572 (*Ἀπόλλων Ἑώιος* Apoll. Rh. II 688. 702).[2])

Probabiliter in theophoris ponendum est:

Πρώτιμος cf. F. Bechtel, Hermes XXXIV 1899, 397.

Maioris autem ponderis sunt ea, quae vel ad cognomina vel ad dies festos vel menses Apollinis pertinent.

Non solum in Boeotia, sed etiam in Attica occurrunt nomina ad *Βουκάττια* spectantia:

Βουκάττης Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 14.
Βουκάττης Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 34.

---

tit. Cretensium. *Ἀπόλλων Δελφίνιος* S. B. P. A. 1904, 623. S. G. D. I. 5495. Mileti. 5. sc. a. Chr. n.

[1]) *Ἄρτεμις Προστατηρία* Aeschyl. Sept. 449. — *Ζεὺς Ἐπιστατήριος* in Creta, Hesychius.

[2]) Sed cf. *Ἑώθινος* Pergami A. M. XXIV 1899, 208 et *Ὄρθριος* Tabenae num. Ramsay Cit. I 166.

Βουκάτ(τ)ης C. G. C. Attica, Athenis 66. a. 196/87 a. Chr. n. Sundwall p. 210.
Βουκατία I. G. VII 867. 1780.
Βουκατία I. G. VII 3323.
Βουκάττεις Ἐρχομένιος I. G. VII 3176. 3181. 4149.
Βουκάττει Ἐρχ. I. G. VII 3180.
Βουκάττης Ταναγραῖος I. G. VII 540. 868.
Βουκάττης Ταναγρ. I. G. VII 540.

Nomen in insula Imbro inventum

Βουκάττης I. G. XII 8, Imbr. 85 c 41,
Βουκάττης I. G. XII 8, Imbr. 85 c 42, ex Attica, non e Boeotia, id quod opinatur Carolus Fredrich, Imbrum invasisse ego quidem existimo.

Ὤπολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσιν (Callim. hymn. II 69). Cum hoc cognomine dei non solum mensis *Βοηδρομιών*, sed etiam nomina hominum conexa sunt:

Βαδρόμιος Anc. Gr. inscr. III 2, 687 e. Le B.-W. 136. Ephesi.
Βαδρόμιος Ephesi Hunt. coll. II 329. a. 202/133 a. Chr. n.
Βαδρόμιος Ἐφέσιος I. G. XII 8, Samothr. 170, 86.
Βαδρόμιος C. I. G. 3155. Smyrnae.

Addo nomen *Μεταγείτνιος* C. I. G. 3155. Smyrnae.[1])

Fortasse ab Apolline Clario [2]) derivatum est nomen Pergami repertum *Κλαριο-* A. M. XXXII 1907, 462 (ante aet. Romanam). Neque aliter iudicat U. de Wilamowitz de nomine *Κλαρι-* Erythris reperto, Nordion. St. p. 20, adn. 1. Seriori quoque aetati nomina *Ἑκήβολος* I. G. XII 7, Min. 344 b, *Ἑκήβολος* Iul. Ep. 19 et *Ἑκηβόλιος* Constantinopolitanus, Suidas, Socr. H. eccl. 3, 1. 23, 5. Liban., quae e carminibus Homericis sumpta esse apparet, attribuenda sunt.

---

[1]) Cf. haec nomina a mense ducta: *Πελύσιος* C. G. C. Ionia 365. Sami. a. 322/205 a. Chr. n. *Πελύσιος* A. M. VII 1882, 368. Stamatiades *Σαμ.* V 715. S. G. D. I. 5702, 39. Sami. a. 345 a. Chr. n. — *Τέρφειος* I. G. XII 2, 296, no. 35 b. 15, no. 366, 3. Bechtel: Aeolica 62. — *Ἱπποδρόμιος* I. G. IX 2, Crann. 461 a. Larisaeus. Ab hoc separandum est *Ἱππόδρομος*, cf. *Ἀριστόδρομος, Εὔδ°, Κλεόδ°, Λάδ°, Νικόδ°, Πολύδ°*.

[2]) De Apolline Clario cf. C. Buresch: Klaros, p. 29 ss. — Mensis *Κλαρεών* *M. κ. B. Ε'* 72. Magnesia 114, 16. — *Κλάρια* certamina Colophone *M. κ. B. Α'* 140. — *Ἀπόλλων Κλάριος* Callim. hymn. II 70.

Multo autem frequentius inveniuntur theophora, quae ad Apollinem *Θαργήλιον* vel ad eius diem festum referre licet; neque vero in omnes Graeciae partes dilata sunt, sed certis finibus continentur; qua autem in regione patria illorum quaerenda sit, ex hoc catalogo nominum facile pervestigari potest:

Ταργήλιος Ὠρώπιος I. G. VII 3498, 46. a. c. 200 a. Chr. n.
Θαργήλιος I. G. I 324, peregrinus.[1])
Θαργέλης B. C. H. III 1879, 233. S. G. D. I. 5653 c. Chii. 5. sc. a. Chr. n.
Θαργηλίς I. G. XII 5, 90. „Litteris sera Christiana vix recentioribus." Naxi.[2])
Θαργήλιος I. G. XII 3, Mel. 1213.
Θαργήλιος I. G. XIV 951.
Θαργηλία Milesia Plut. Per. 24., alii.[3])
Θαργήλιος Anc. Gr. inscr. IV 1, 924 a. 925 a. Branchidis.
Θαργήλιος Anc. Gr. inscr. IV 1, 927 = C. I. G. 6851. Branchidis.
Ταργήλιος B. C. H. V 1881, 497. S. G. D. I. 5315. Iasi. a. 377/353 a. Chr. n.
Ταργήλιος B. C. H. V 1881, 497. S. G. D. I. 5515. Iasi. a. 377/353 a. Chr. n.
Θαργήλιος B. C. H. V 1881, 497. S. G. D. I. 5515. Iasi. a. 377/353 a. Chr. n.
Θαργήλιος Ἁλικαρνασσεύς I. G. VII 14. Megarae. ex. 4. sc. a. Chr. n.
bis *Θαργήλιος* Le B.-W. 330. Olymi.
Θαργήλιος Le B.-W. 331. Olymi.
Θαργήλιος Le B.-W. 333. Olymi.
Θαργήλιος Le B.-W. 335. Olymi.
Θαργήλιος Le B.-W. 338. Olymi.
Θαργήλιος A. M. XIV 1889, 370. 379. 388. Olymi.
Θαργήλιος A. M. XIV 1889, 388. 394. Olymi.
Θαργήλιος A. M. XIV 1889, 381. 383. Olymi.
Θαργήλιος Μαννίτης B. C. H. XXII 1898, 381. Mylasae.
[*Θαργή*]*λιος*? Le B.-W. 393. Mylasae.
Θαργήλιος Le B.-W. 403. Mylasae.
Θαργήλιος Le B.-W. 406. Mylasae.
Θαργήλιος A. M. XIV 1889, 111. Mylasae.
Θαργήλιος Le B.-W. 447. Mylasae
Θαργήλιος B. C. H. XV 1891, 541. Mylasae.
Θαργήλιος Βαργυλιώτας I. G. XII 1, 114, 3.
Θαργήλιος, pater Apollonii, *Ἡρακλεώτης*, Priene 51, 9.
Θαργήλιος Pergamon 1292.
Θάργηλ(ι)ος Nonnus XXXII 234.

Haec in unum locum collecta testimonia dum perlustramus singulaque perpendimus, in eam sententiam ducimur, ut illa theophora in Asia Minore orta esse arbitremur. Sed cum huc

---

1) Pro **Θαργηλίων* I. G. III 3, 23 ego quidem lego *Θαργήλιος*, cum addat Ricardus Wünsch: nomina adeo inaudita intersunt, ut interdum dubitari possit, num recte lecta sint.

2) Mensis *Θαργηλιών* I. G. XII 5, 135, Pari. Mensis *Ταργηλιών* B. C. H. XXVII, 1903, 70. XXIX, 1905, 504. Deli.

3) *Ταργήλια* S. B. P. A. 1904, 626. S. G. D. I. 5495. Mileti.

accedat, quod permutationem litterarum *ϑ* et *τ*, si recesserimus a voce *Πύτιος*, quam hoc loco semovendam esse apparet, in aliis nominibus Graecis non reperimus,[1]) sed in verbis indigenarum Asiae Minoris (velut Lyciorum, apud quos, ut exemplum afferam, modo *terñ* Lyc. I 44 a 44 et saepe, modo *τerñ* Lyc. I 44 a 47 scriptum esse cognoscimus), illius dei cultum Caribus attribuendum esse nobis venit in suspicionem. Quid autem ex iis fortasse colligi possint, nunc praetermitto aptiore loco ex integro resumpturus.

Cum in cultu Apollinis Graeci lauri fronde utebantur, ut diebus festis ei offerretur (*τὰ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι, τὶν Πύθιε Παιάν, Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλάϊσεν.* Theocr. *ἐπιγρ.* I 3 s.), etiam hominum nomina, quae vocem *δάφνην* continent, velut *Δαφναγόρας* (Mysus Xen. Anab. VII 8, 9; B. C. H. VI 1882, 422 = Nécr. Myr. 113), *Δαφναῖος* (J. H. S. XV 1895, 120 in Lycia; Dalmat. 8, 9, 28, 31), *Δαυχνᾶς* (I. G. IX 2, Phal. 1228, 26), cum Apolline quadam ratione conexa sunt (*Ἀπόλλων Δαφνηφόρος* vel *Δαφναῖος* saepe)[2]); neque aliter intelleguntur *Μύρτος*,[3]) *Ὑάκινθος* aliaque.

Denique affero nomen Boeotium *Εὐτρητίφαντος* I. G. VII 3467, quod ad vicum *Εὔτρησιν* Thespiensium, ubi summa pietate Apollo colebatur, pertinet.

Ἄρτεμις.

Dianae cultum posteris saeculis per totam fere Graeciam dilatum floruisse notum est atque conclamatum neque vero in civitatibus Graecis eadem erat auctoritas Dianae atque Apollinis.

[1]) De nomine *Τεύφιλος* (i. e. *Θεόφιλος*) S. G. D. I. 5045, Hierapytnae, in oppido Cretensium, cf. Brause: Lautlehre der kretischen Dialekte p. 26 s.

[2]) *Πυθόδωρος Δαφνίωνος* S. G. D. I. 5313, 16. Eretriae. *Ἀπολλωνίδης Ἀμμιανός* cognominatus *Δάφνος* Hierapolis Jahrb. 83. Aet. Rom. *Δάφνις* Herod. IV 138, Abydenus. (*Ἀπόλλων Δάφνιος* : *Δαφναῖος* = *Ἑόρτιος* : *Ἑορταῖος*.)

[3]) *Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Μυρτίχου* Hierapolis Jahrb. 155. *Δάφνος Κύρτου* Keil-Premerstein 59, in Aeolide.

Namque etiam in iis regionibus, in quibus imprimis summa religione colebatur, numerus nominum theophororum dimidio minor est quam eorum, quae ad Apollinem pertinent.

Ac iam nobis perlustrantibus, quibus locis usitata sint nomina illa, perpauca occurrunt et in Thessalia et in Boeotia reliquisque partibus Graeciae septentrionalis. Itaque concludere licet ibi haud admodum viguisse Dianae cultum. Atque ne in Attica quidem, ubi alia theophora magno in usu fuerunt, multo frequentiora sunt nomina a Diana ducta. In titulis enim Euclidis aetate vetustioribus, etsi circiter centum septuaginta theophora iis continentur, duo occurrunt ad Dianam pertinentia atque ea incerta. Licet ut insequentibus saeculis paululum augeantur, tamen usque ad aetatem Romanam ne tricesimam quidem partem theophororum efficiunt. Imperatorum demum temporibus deae religio Athenis videtur floruisse. Omnes igitur cultus, de quibus adhuc egi, inferioris esse auctoritatis apparet; sed aliter res se habet in Peloponnesi civitatibus. Certo enim scimus perantiquam fuisse Dianae venerationem apud Arcades; atque nominibus theophoris ab illis deam religiosissime cultam esse confirmatur. Minus autem illa usitata sunt in oppidis Lacedaemoniorum coloniisque, quae a Doribus sunt deductae. Unde fortasse colligere licet cultum Dianae in Peloponneso, priusquam Dores invaderent, iam vigore quodam fuisse atque ibi ab iis esse receptum.

Rarius autem inveniuntur theophora ad Dianam pertinentia in Euboea aliisque insulis finitimis; quin etiam Amorgi inter centum quadraginta fere theophora unum investigavi. Neque vero ad insulas, quae in orientem vergunt, transgressos nos effugit multo crebriora ibi esse illa nomina; in ora autem Asiae Minoris tam in usu fuerunt, ut inter quaterna dena theophora singula reperiantur, quae a Dianae nomine derivata sunt. Quorum antiquissima quoque in finibus Ionum inveniuntur:

Ἀρτέμων Teius Athen. XII 533 e, *ὁ περιφόρητος*. 6. 5. sc. a. Chr. n.
Ἀρτέμων Abderites, pater Protagorae, D. Laert. IX 8, n. 1 ineunte 5. sc. a. Chr. n.
Ἀρτέμων Clazomenius D. Sic. XII 28. Plut. Per. 27. 5. sc. a. Chr. n.
Ἀρτεμισία regina Cariae Herod. VII 99. VIII 68—103 saep., aliique script.; in 5. sc. a. Chr. n.

Etsi dubium non est, quin Graeci, cum illam in regionem colonias deduxissent, deam, quae ab indigenis colebatur, repertam

Dianae, quae esset illius simillima, in aequo posuerint,[1] tamen inter antiquissima numina Ionum habendam esse Dianam censeo; atque cultus eius deae, quam omnes Iones religiosissime veneratos esse cognomen *Πανιώνιος* docet (*Ἄρτεμις Πανιώνιος* C. Regling, Z. Num. Berl. XXIII 1902, 192), in insulam quoque Lesbum translatus est, ubi nomina ad eam pertinentia saepe occurrunt; etiam in Caria et in Lycia nomina illa creberrime inveniuntur; neque tamen deae cultum a barbarorum terris ducere cogimur; nam illae gentes nomina sua, quae, dum auctoritas Persarum ad eas pertinebat, nomini *Ἀρτίμας* aequabant, illa sublata Graecis ad Dianam pertinentibus theophoris compensare non verebantur.[2]

Diana autem, quae imprimis ab Ionibus adorabatur, cum Apolline, deo civitatum Doricarum, coniuncta est; ac mihi quidem causa esse videtur, cur illam societatem Deli factam esse existimem; huc quoque nomen *Ὀρτυγία* translatum est, a quo Diana appellabatur Ortygia; quamquam illi insulae antiquissimis temporibus non certior erat locus quam Nysae vel Ogygiae vel terrae Hyperboreorum,[3] tamen posteriore aevo non nisi Deli atque in vicina regione hominum nomina reperiuntur ad illam deam eiusque insulam pertinentia, ut

Ὀρτυγένης (**Ὀρτυγιγένης*) B. C. H. VII 1883, 106, Deli.
Ὀρτυγῆς Erythraeus Hipp. apud Athen. VI 259 a—f.
Ὀρτυγίων Ἐφ. ἀρχ. 1895, 139. S. G. D. I. 5313, 159—161. Eretriae.
Ὀρτυγίων Ἐφ. ἀρχ. 1895, 143. S. G. D. I. 5313, 338. Eretriae.

Etsi non dubito, quin cultus Dianae, quae *Ἄρτεμις*[4] nominabatur, apud Graecos ortus sit, tamen concedendum est eos, qui Cariam et Lyciam incolebant, olim summa religione veneratos

---

[1]) Cf. L. Rich. Farnell: The Cults of the Greek States II 426.

[2]) *Ἀρτεμεὶς Ἀρτειμους* Lyc. II, II, nr. 185, p. 154 de forma *Ἀρτείμης* cf. Guil. Schulze M. Rh. XLVIII, 1893, 253. *Ἀρτεμεὶς Ἀρτείμου* B. C. H. I 1877, 337. Ad formam *Ἀρτεμείς* cf. *Βαβείς*, quod nomen ego quidem pro **Βαβειλόχωι* lego etiam in titulo B. C. H. XX 1896, 108: *γλυκυτάτηι Βαβεὶ ἀλόχωι τεθνηκώσηι μνήμης χάριν.*

[3]) Cf. Pind. Pyth. X 29 s. *ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν κεν εὕροις ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυματὰν ὁδόν.*

[4]) Haec est antiquior forma, e qua *Ἄρταμις* vocalibus assimulatis orta est. Cf. commentariolum Ioannis Schmidt K. Z. XXXII 1893 p. 393 s.

esse deam, quae posteris saeculis cum Diana, cui nomen datum est *Ἑκατήβολος* vel *Ἑκάτη*, confundebatur.

Non solum iam antiquitus Cretenses deam maxime pietate colebant, quae Dianae erat persimilis, sed etiam in vetustissimis monumentis earum gentium, a quibus, priusquam Graeci invaderent, terra occupata erat, dea efficta est, quae ut domina ferarum adorata esse videtur.[1]) Illa autem dea Cretensium postera aetate appellabatur Britomartis vel Dictynna aut in insula Aegina *Ἀφαία*.[2])

Etiam in Caria et in Lycia non ipsum quidem nomen, sed tamen cognomen deae, quam incolae illius regionis venerabantur, indagare possumus. Neque vero illa eadem est quae Diana atque etiam posteriore aetate hanc ab ea seiunctam esse videmus. Ita fit, ut Coi, qua in insula imprimis indigenarum auctoritas conservata est,[3]) cultus Dianae sit inferior, sed illius antiquissimae deae vel maximi momenti.

Ac iam afferamus theophora ad illam deam spectantia, quorum patriam esse Asiam Minorem iam cognovit Martinus Nilsson (Griechische Feste, p. 397, adn. 3)! Quin etiam ea ex Caria ad finitimas regiones esse translata his, quae collegimus, nominibus satis superque demonstrari opinor:

Ἑκατόδ[ωρος] I. G. IX 2, Pher. 1343.
Ἑκαταῖος I. G. IX 2, Pagas. 386 b.

Unde illata sit Hecatae religio in Thessaliam docet nomen *Εἰνοδίων* I. G. IX 2, m. Lar. 568, 11, de quo cum iam supra (p. 13, adn.) egerim,[4]) non est, cur latius evager.

---

1) Cf. A. Evans J. H. S. XXI 1901, 163, 164. Alio in monumento (Farnell: Cults of the Greek States III 296) dea fortasse arcum manu tenet (cf. etiam Herculem Chron. d'Or. p. 107). Quae quanta similitudine coniuncta sit cum dea, quam in vase illo in Boeotia reperto (P. Wolters *Ἐφ. ἀρχ.* 1892, tab. X) pictam conspicimus, neminem mea quidem sententia fugiet.

2) Nomen illud *Δίκτυς* et hominis Cretensis et Tyrrheni, etsi ab ea ductum non esse apparet, non casu electum mihi videtur.

3) Quam ob rem insula antiquissimis temporibus nominabatur *Καρίς*. Hellan. apud St. B. s. *Καρία* et *Κῶς*.

4) Cf. Guil. Schulze M. Rh. XLVIII, 1893, 253. Ad idem Hecatae epitheton spectat nomen *Ἐνόδιος* *Δημ*° 124. Quattuor Romanorum, quibus nomen Ennodius fuit, mentio fit apud scriptores, cf. Pauly-Wissowa V 2, 2629.

Ἑκαταῖος S. G. D. I. 2697, 2. Delphis, originis incertae.
Ἑκα(ι)ταῖος Ὠρείτης I. G. II 3414.
Ἑκαταῖος Eretriensis Plut. Alex. 46. Is. et Os. 6. An. Per. Pont. Eux. 49. exeunt. 4. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Νησιώτης Athen. II 70 a cf. c. IX 410 e.
Ἑκάτων Annual 1896/97, 107 in Attica, aet. Rom.
Ἑκατ- I. G. II 3297.
Ἑκαταῖος I. G. II 975, III. histrio, a. c. 200 a. Chr. n.
Ἑκ[αταῖ?]ος Φιλαίδης I. G. II 2628.
Ἑκατώνυμος I. G. II 1035, peregrinus. a. 375/350 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος I. G. II suppl. 1012 b 12, 19. 1035, 5. peregrinus. a. 375/350 a. Chr. n.
Ἑκατοκλῆς I. G. II suppl. 1035, 3, peregrinus. a. 375/350 a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος I. G. II suppl. 1035, 7, peregrinus. a. 375/350 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Φηγούσιος I. G. III 1138. I 47. a. 174/178 p. Chr. n.
Ἑκατώνυμος Μαραθώνιος I. G. III 2172.
Ἑκαταῖος I. G. III 3, add. 71, 4.
Ἑκατόδωρος I. G. IV 558, 1. 30. 33. 40. Argivus. m. 2. sc. a. Chr. n.[1])
Ἑκαταία I. G. XII 8, Thas. 431.
Ἑκαταία I. G. XII 8, Thas. 547. 548. 550.
Ἑκαταίη I. G. XII 8, Thas. 411.
Ἑκαταῖος I. G. XII 8, Thas. 305, 22, θεωρός.
Ἑκαταῖος I. G. XII 8, Thas. 288, 9, θεωρός.
Ἑκαταῖος I. G. XII 8, Thas. 298, 24, θεωρός.
Ἑκαταῖος I. G. XII 8, Thas. 380, 3.
Ἑκαταῖος I. G. XII 8, Thas. 302, 1. || Thas. 277, 91. || Thas. 301, 2. || Thas. 292, 27. || Thas. 299, 17. || Thas. 383, 14.
Ἑκατήνωρ Θάσιος I. G. II 4 (XII 8, Thas. p. 78 ad a. 403).
Ἑκα- I. G. XII 8, Thas. 316, 2, θεωρός.
Ἑκαταῖος Θάσιος Anth. VII 167 tit.
Ἑκατ- - - I. G. XII 2, 511 b 17.
Ἑκαταίη B. C. H. III 1879, 325. S. G. D. I. 5675. Chii. 4. sc. a. Chr. n.
Ἑκατῆς A. M. XIII 1888, 179. S. G. D. I. 5679 = Paspates Χιακ. p. 416. Chii. ex. 4. sc. a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος A. M. III 1888, 175. Paspates Χιακ. p. 402. Chii.
Ἑκαταῖος S. B. P. A. 1904, 923. 2. sc. a. Chr. n. Sami.
Ἑκαταῖος A. M. XXVIII 1903, 354. 2. sc. a. Chr. n. Sami.
Ἑκαταῖος Num. chron. 1882, 265. Stamatiades Σαμ. V 715. Sami. a. 322/205 a. Chr. n.
Ἑκατ- Num. chron. 1882, 266. Sami.
Ἑκαταῖος Revue de philol. 1902, 128. S. G. D. I. 5520. Leri. ex. 4. sc. a. Chr. n.
Ἑκάτων I. G. XII 5, 39, 2. Naxi.
Ἑκατόδωρος B. C. H. VI 1882, 39. Deli. a. c. 180 a. Chr. n.[2])
Ἑκαταῖος I. G. XII 3, Astyp. 179, 7.
Ἑκα- I. G. XII 3, Astyp. 168, 70.
Ἑκατ- I. G. XII 3, Ther. 757, 4.
Ἑκαταῖος I. G. XII 3, suppl. 1644, mercator.
Ἑκατόδωρος B. C. H. VIII 1884, 35. S. G. D. I. 3593 III. Calymnae. quadragies sexies Ἑκατ° P. H. Coi.
Ἑκαταία Herzog 12, 11. Coi.
Ἑκάτω(ν)? Herzog 220, 13. Coi.
Ἑκατώνυμος Herzog 11, 2. Coi.

---

[1]) Nomen filii eius Ζήνων usitatum non est apud Argivos.
[2]) Ἑκάτη B. C. H. XXVII 1903, 77. Deli.

Ἑκατόδωρος S. B. P. A. 1901, 481. Coi.
Ἑκατόδωρος S. B. P. A. 1901, 481. in. 1. sc. p. Chr. n. Coi.
Ἑκαταῖος S. B. P. A. 1901, 484. Coi.
Ἑκατόδωρος S. B. P. A. 1901, 484. Coi. in. 1. sc. a. Chr. n.
Ἑκατόδωρος S. B. P. A. 1901, 485. Coi. in. 1. sc. a. Chr. n.
Ἑκατῆ (?) Herondas VII 86, 91.
Ἑκατῆος Ἑκατοδώρου Κώιος I. G. VII 3055.
Ἑκαταῖος C. G. C. Caria 208. Coi. a. 166/88 a. Chr. n.
Ἑκατόδωρος C. G. C. Caria 196. Coi. a. 366/300 a. Chr. n.
Ἑκατόδωρος C. G. C. Caria 201. Coi. a. 199/166 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος I. G. XII 1, 7, 4.
Ἑκατόμνως I. G. XII 1, 46, 237.
Ἑκατόμνως Ἑκατόμνω I. G. XII 1, 46, 257.
Ἑκατώ I. G. XII 1, 850.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 46, 226.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 46, 230.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 46, 224.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 865, 3.
Ἑκάτων (?) I. G. XII 1, 46, 56.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 46, 196.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 53, 1.
Ἑκάτων I. G. XII 1, 46, 463.
Ἑκατώνυμος Ῥόδιος Priene 37, 5.
Ἑκάτων Rhodius, philosophus, D. Laert. VII 1, 3, aliique.[1])
Ἑκατᾶς M. κ. B. A' 78. Smyrnae.
Ἑκατᾶς M. κ. B. A' 78. Smyrnae.
Ἑκατόδωρος A. M. XXVI 1901, 117. Erythris.
Ἑκατώνυμος A. M. XXVI 1901, 118. Erythris.
Ἑκατώνυμος A. M. XXVI 1901, 118. Erythris, filius sequ.
Ἑκατώνυμος A. M. XXVI 1901, 118. Erythris.
Ἑκαταῖος Arch. epigr. Mitt. 1877, 112. Erythris.
Ἑκατώνυμος M. κ. B. A' 104. S. G. D. I. 5692 b. Erythris. a. c. 275 a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος M. κ. B. A' 104. S. G. D. I. 5692 b. Erythris.
Ἑκατώνυμος M. κ. B. A' 106 S. G. D. I. 5692 a. Erythris. a. c. 275 a. Chr. n.
Ἑκατᾶς M. κ. B. A' 106. Erythris. S. G. D. I. 5692 a. Erythris. a. c. 275 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος M. κ. B. A' 143. Erythris.
Ἑκαταῖος B. C. H. IV 1880, 158. Erythris.
Ἑκαταῖος M. κ. B. B' β' 54. Erythris.
Ἑκατᾶς M. κ. B. Γ' 123. B. C. H. III 1879, 390. 391. Erythris.
Ἑκατᾶς M. κ. B. A' 102. S. I. G. 600, 72, 91. 210, 6. Erythris.
Ἑκαταίη M. κ. B. Γ' 148. A. M. XV 1890, 338. S. G. D. I. 5694. Erythris. 4. sc. a. Chr. n.
Ἑκατᾶς M. κ. B. A' 103. S. G. D. I. 5691. Erythris.
Ἑκαταία Wil. Nordion. St. p. 14. 2. sc. a. Chr. n. Erythris.
Ἑκατώνυμος C. G. C. Ionia 137. Erythris. 2. sc. a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος C. G. C. Ionia 129 130. Erythris. 3. sc. a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος C. G. C. Ionia 146. Erythris. Sabina imperatr.
Ἑκατώνυμος C. G. C. Ionia 145. Erythris. Augusto imp.

[1]) De nomine Ἔκοτος Cesnola tab. I no. 3 p. 437 haud recte indicasse mihi videntur O. Hoffmann Dialekte I 73, 137 et Joh. Schmidt K. Z. XXXII 1893, 371; namque desideratur littera Ϝ. Fort. idem atque Ἔχετος?

Ἑκαταῖος Oesterr. J. XIII 1910, Beiblatt 53. Erytris.
Ἑκατώνυμος C. G. C. Ionia 142. Erythris. Traiano? imp.
Ἑκατόδωρος C. G. C. Ionia 145. Erythris. Augusto imp.
Ἑκαταῖος Imh. Bl. II 514. Erythris. Philippo imp.
Ἑκατόμανδρος *Μ. κ. Β. Γ'* 219. Colophone.
Ἑκατοκλῆς C. G. C. Ionia 52. Ephesi. a. c. 300 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Num. chron. 1880, 135. a. 258/202 a. Chr. n. 1881, 17. Ephesi.
Ἑκατοκλῆς Le B.-W. 161. Ephesi.
Ἑκατόδωρος Magnesia 196, 2.
Ἑκατόδωρος Magnesia 110 a 11.
Ἑκαταῖος Priene 148 I.
Ἑκαταῖος Priene 313, 302.
Ἑκαταῖος Priene 294.
Ἑκαταῖος Priene 261.
Ἑκαταῖος Priene 313, 508.
Ἑκαταῖος Priene 313, 618.
Ἑκαταῖος Priene 313, 301. 332.
Ἑκατόμνως Priene 42.
Ἑκατ- Priene 150, orig. incert.
Ἑκαταῖος Milesius, logographus.
Ἑκατώνυμος *Μιλήσιος* Anc. Gr. inscr. II 299 b. S. G. D. I. 3591 b. S. I. G. 512, 88. Calymnae.
Ἑκαταῖος Anc. Gr. inscr. IV 1, 924 b. Branchidis.
Ἑκαταῖος Anc. Gr. inscr. IV 1, 924 b. Branchidis.
Ἑκαταῖος Anc. Gr. inscr. IV 1, 924 c. Branchidis. Aet. Rom.
Ἑκάτων Anc. Gr. inscr. IV 1, 925 c. Branchidis.[1])
Ἑκαταῖος *Νομισμ°* 267. Iasi.
Ἑκαταῖος Ἰασεύς Priene 53, 2. 53, 37. 39.
sexies Ἑκαταῖος B. C. H. V 1881, 497. S. G. D. I. 5515. Iasi. a. 377/353 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 167. Iasi.
Γ. Κορνήλιος Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 180. Iasi.
Ἑκατόμνως Rev. ét. gr. 1893, 179. Iasi. 2. sc. p. Chr. n.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 189. Iasi. In. aet. Rom.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 190. Iasi. a. 34 p. Chr. n.
Ἑκάτων Rev. ét. gr. 1893, 190. Iasi. a. 34 p. Chr. n.
Ἑκάτων Rev. ét. gr. 1893, 190. Iasi. a. 34 p. Chr. n.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 191. Iasi. a. 34 p. Chr. n.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 195. Iasi. Aet. Rom.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 198. Iasi.
Ἑκαταῖος Rev. ét gr. 1893, 198. Iasi.
Ἑκατόμνος Rev. ét. gr. 1893, 197. Iasi.
Ἑκαταῖος Rev. ét. gr. 1893, 200. Iasi.
Ἑκαταῖος B. C. H. IV 1880, 306. S. G. D. I. 5727 c. Halicarnassi. ex. 5. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταίη B. C. H. IV 1880, 308. S. G. D. I. 5727 d. Halicarnassi. ex. 5. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 254. Halicarnassi.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 256. Halicarnassi.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 266. ibidem.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 270. ibidem.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 292. ibidem.
bis Ἑκαταῖος Le B.-W. 296. ibidem.
Ἑκαταῖος C. G. C. Caria introd. LXX. Mionnet S. VI 485. Cnidi.

[1]) Ἑκάτη dea S. B. P. A. 1904, 628. S. G. D. I. 5495. Mileti. a. 448 a. Chr. n.

Ἑκαταῖος Anc. Gr. inscr. IV 1, 799. S. G. D. I. 3507. Cnidi. Aet. Rom.
Ἑκαταία B. C. H. X 1886, 519. Trallibus.
Ἑκατε̃ος *M. κ. B. Γ'* 135. *Τραλλ°* 65. Trallibus. Aet. ser.
Ἑκατόμνως A. M. XXV 1900, 125. Trallibus.
Ἑκαταῖος Θηβαῖος ἀπὸ Μαιάνδρου Priene 368.
Ἑκαταῖος B. C. H. IX 1885, 445. Laginae. a. 81. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος B. C. H. IX 1885, 445. Laginae. a. 81. a. Chr. n.
bis *Ἑκαταῖος* Le B.-W. 323-24. Olymi.
Ἑκατόμνως Le B.-W. 326. Olymi.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 326. Olymi.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 329. Olymi.
bis *Ἑκατόμνως* Le B.-W. 330. Olymi.
bis *Ἑκαταῖος* Le B.-W. 330. Olymi.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 336. Olymi.
Ἑκατόμνως A. M. XIV 1889, 370. 375. 379. Olymi.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 1415. A. M. XIV 1889, 390. Olymi.
Ἑκαταῖος Στρατονικεύς Le B.-W. 256. 259. Halicarnassi.
Ἑκαταῖος Stratoniceae C. G. C. Caria 148, introd. LXX. Imh. Bl. I 315. II 154. a. 166/88 a. Chr. n.
Ἑκατόμνως Χρυσαορεὺς ἀπὸ Θηρῶν I. G. XII 5, 977. 2. sc. a. Chr. n.
Ἑκατόμνως Μυλασεύς Le B.-W. 40. S. G. D. I. 5687. Erythris. idem C. G. C. Ionia 187. Mileti? a. c. 380. a. Chr. n. Le B.-W. 340. 341. *Μυλασεύς*. C. I. G. 2691 *a*, *b*.[1])
Ἑκατόμνως Le B.-W. 345. Mylasae.
Ἑκατόμνως Le B.-W. 361. Mylasae.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 361. Mylasae.
Ἑκατόμνως Le B.-W. 371. Mylasae.
ter *Ἑκαταῖος* Le B.-W. 394. Mylasae.
bis *Ἑκατόμνως* Le B.-W. 394. Mylasae.
Ἑκαταῖος Le B.-W. 399. Mylasae (sic restituendum est).
Ἑκαταῖος Le B.-W. 404. Mylasae.
Ἑκατίας Le B.-W. 503. Mylasae.
Ἑκατόμνως B. C. H. V 1881, 100. Mylasae.
Ἑκατόμνως B. C. H. V 1881, 105. Mylasae.
Ἑκαταῖος B. C. H. V 1881, 100. Mylasae.
Ἑκαταῖος B. C. H. V 1881, 107. Mylasae.
Ἑκαταῖος B. C. H. V 1881, 109. Mylasae.
Ἑκαταῖος Μικρασ° 51. Mylasae.
Ἑκαταῖος ὁ καὶ Ἑκατόμνως Μικρασ° 55, *Α'* 3, 4. Mylasae.
Ἑκατόμνως A. M. XV 1890, 261. Mylasae.
Ἑκάτων B. C. H. XV 1891, 183. Panamarae.
Ἑκατῆς B. C. H. XV 1891, 182. Panamarae.
M. Αὐρ. Ἑκαταῖος B. C. H. XV 1891, 192, ibidem.
Ἑκατόμνως B. C. H. XV 1891, 193, ibidem.
Ἑκαταῖος B. C. H. XV 1891, 193, ibidem.

[1]) Cf. U. de Wilamowitz Euripides Herakles² I, p. 2, adn. 4, Prellwitz B. B. XVII 1891, 172. In lingua Lycia *ecatamla* (ut *KOΠΡΛΛΕ* C. G. C. Lycia XXXII: *cuprlle* Lyc. I 44 aut assimulatio quaedam *μλ* : *μν*?) Lyc. I 32 e, n. 45, 1 s. || cf. *μνοῖται* servi publicani Cretensium St. B. s. *Χῖος*. Poll. III 83.

Ἑκαταῖος B. C. H. XV 1891, 208, ibidem.
Ἑκάτων B. C. H. XV 1891, 209, ibidem.
Ἑκατόδωρος B. C. H. XXVIII 1904, 24, ibidem.
Ἑκαταῖος B. C. H. XXVIII 1904, 25, ibidem.
Ἑκάτων B. C. H. XXVIII 1904, 30. Panamarae.
Ἑκατόμνως B. C. H. XXVIII 1904, 33. Panamarae.
Ἑκατῆς B. C. H. XXVIII 1904, 34, ibidem.
Ἑκάτων B. C. H. XXVIII 1904, 249, ibidem.
Ἑκάτων B. C. H. XXVIII 1904, 251, ibidem.
Ἑκαταῖος B. C. H. XXVIII 1904, 250, ibidem.
Ἑκ[ατ-] B. C. H. XXVIII 1904, 250, ibidem.
Ἑκαταῖος A. M. XI 1886, 327 in Caria.
Ἑκαταῖος B. C. H. XI 1887, 491 in Caria.
Ἑκαταῖος B. C. H. XXII 1898, 365 in Caria.
Ἑκατόμνως B. C. H. XXII 1898, 401 in Caria.
Ἑκα[ταῖος?] B. C. H. XXII 1898, 395. A. M. 1889, 386 in Caria.
Ἑκαταῖος B. C. H. XXII 1898, 381 in Caria.
Ἑκατόμνως B. C. H. XXII 1898, 394. A. M. 1889, 379 in Caria.
Ἑκάτων B. C. H. XXIV 1900, 35 in Caria.
Ἑκᾶς C. G. C. Caria introd. LIII. Imh. Bl. I 310. Euromi.
Ἑκατόμνως Ἡρακλεώτης Priene 51, 7.
Ἑκαταῖος Revue de philol. 1899, 283. Heracleae Latmi.
Ἑκαταῖος Hula-Szanto p. 5 et 6 in Caria.
Ἑκατίων Λαοδικεύς Le B.-W. 297. Halicarnassi.
Αὐρ. Ἑκατίων A. M. XIII 1888, 265. Laodiceae Comb.
Ἑκατ... Imh. Bl. II 264 s. Laodiceae.
Κλωδία Ἑκατέα A. M. XXII 1897, 357. Laodiceae ad Lyc.
Ἕκατος Imh. Bl. II 219 s. Dionysopoli. Augusto imp.
eketeija (= Ἑκαταῖος?) Lyc. I 123, 1.
Ἑκατόδωρος Lyc. II II* 114.
Ἑκατόμνας Lyc. II II 267 C. K.
Ἑκατόμνος Lyc. II I* 135. Philippo regn.
Fεκῆς Lanck. Pamph. I 89.
Ἑκατήσιος Pap. Americ. sch. III 234. J. H. S. IV 1883, 27 in Isauria. in. 3. sc. p. Chr. n.
Ἑκαταῖος Heb.-Wilh. 24 in Cilicia.
Ἑκαταῖος Heb.-Wilh. 134 in Cilicia.
Ἑκαταῖος Magnesia 61, 8. Antiochiae Pers.
Ἑκαταῖος Nécr. Myr. 175.
Ἑκαταῖος Pergamum 1281. 1282.
Ἑκατόδωρος Mionnet II 498. Pythopoli, in opp. Bithyniae.
Ἑκαταῖος Abydenus Ilion 455.
Ἑκαταίη A. M. IX 1884, 66. S. G. D. I. 5530. Parii, post Alex. Magn.
Ἑκατοκλῆς Προκοννήσιος I. G. II 3279.
Ἑκαταίη Ἀπολλοδώρου Lat. I 173. 4. sc. a. Chr. n. p. pr.
Ἑκατέων Lat. I 114 I 51. S. G. D. I. 5548. 3. sc. a. Chr. n.
Ἑκατέων Lat. I 114 I 23. S. G. D. I. 5548. 3. sc. a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος Lat. I 114 II 11. 3. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Lat. IV *Γοργ*. 432 *B* I 8.
Ἑκαταῖος Lat. IV *Γοργ*. 432 *B* II 25.
Ἑκατᾶς Lat. IV *Βοσπ*. 211.
[Ἑκα]τέων Lat. IV Ὀλβ. 458.
Ἑκατεώνυμ[ος] Lat. IV Ὀλβ. (I 114 a.).

Ἑκ[ατώνυμος?] Num. chron. 1885, 23. Sinopae. a. 394/364 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος, rex Sintorum, qui trans Bosporum incolunt, Polyaen. VIII 55.
Ἑκαταῖος Byzantius I. G. II 414.
Ἑκατόδωρος Byzantius Pol. IV 47.
Ἑκατόδωρος C. G. C. Thrace 96. Byzantii; in. 3. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Arch. epigr. Mitt. 1891, 25. Tomis. (in eodem tit. *Μήτηρ θεῶν*).
Ἑκαταῖος Arch. epigr. Mitt. 1882, 36. Istropoli.
Ἑκαταῖος Imh. Bl. I 290. In insula Leuce.
Ἑκαταῖος Bulg. 237. Apolloniae, in colonia Milesiorum. 5./4. sc. a. Chr. n.
Ἑκατώνυμος Bulg. 239. Apolloniae. 5. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Κασσανδρεύς Κατ. Βολ. 285; post Alex. Magn.
Ἑκαταῖος Cardianus Plut. Eumen. 3. D. Sic. XVII 2, 5. XVIII, 4. I. G. IV 916, 4. 4. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Μεσημβριανός I. G. VII 281.
Ἑκαταῖος Μεσημβριανός I. G. II 334.
Ἑκαταῖος Θρᾶιξ I. G. XII, 3, Nisyr. 96, 15.
Ἑκαταῖος Θρᾶιξ Le B.-W. 292. Halicarnassi.
Ἑκατόδωρος A. M. X 1885, 318. Odessi.
Ἑκατώνυμος Eckhel d. n. II 22. Regl. 457. C. G. C. Thrace 74. Num. Z. IV, 186. Abderae. a. 400/350 a. Chr. n.
Ἑκαταῖος Regl. 448. Abderae. 5. sc. a. Chr. n.
Ἑκαταίη J. H. S. XVI 1896, 315. Antiquissima Amphipoli reperta inscriptio.

Non modo Hecatae, cui in Attica quoque erat haud ignobilis cultus,[1]) sed etiam Apaturiorum et Thargeliorum, quae, ut ita dicam, inter fundamenta religionis Atticae sunt ponenda, patriam esse Asiam Minorem cognovimus. Quibus ex rebus quid fortasse de Atheniensium in Graeciam adventu eorumque cum Ionibus conexu colligi possit, nunc copiosius accuratiusque statuere nolo, non solum quod prisca Graecorum historia adhuc in tenebrarum obscuritate involuta iacet, verum etiam quod haec quaestio maioris est ponderis, quam ut eam, quae est ab huius commentationis consilio aliena, exiguo loco dato paucis verbis possim pertractare. Hoc unum indicare satis habeo inde nasci suspicionem, ne forte Athenienses olim cum Ionibus coniuncti Asiae Minoris oram incoluerint, quae coniectura num recto talo stare possit, firmius contendere nondum audeo.

Cum Trivia autem fortasse conexum est nomen, quod attulit **Fridericus Bechtel** (Aeolica, p 18):

Τριόδοτος I. G. XII 2, 76 i 2.

[1]) Cf. Preller-Robert: Griechische Mythologie, p 321 ss.

Nomina vero *Φωσφόρος*, *Φωσφόριος*, *Φωσφορίς*, quae inferiori aetati attribuenda sunt, non ad Hecatam (vel Dianam),[1] sed, quia etiam inveniuntur *Ἕσπερος*, *Ἑσπέριος*, *Ἑσπερίων* et *Ἀστήρ*, *Ἀστέριος*, *Ἀστερίων*, ad stellam Veneris refero, *quae Φωσφόρος Graece, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, Ἕσπερος* (Cic. De nat. deor. II, § 53.)

Cum igitur Hecatae cultum finibus Asiae Minoris finitimarumque insularum inclusum esse e theophoris nominibus intellexerimus, ex ea re nonnulla colligere possumus, quae haud parvi momenti esse existimo; ut exemplum afferam, eo comprobatur non solum Theocriti carmen secundum hymnosque, quos vocant Orphicos,[2] sed etiam hymnum Hecatae, qui Theogoniae Hesiodeae insertus est, in ea regione, in qua est Hecatae sedes, esse ortum.

Ac iam redeamus ad Dianam ipsam. Quae in compluribus Graecis civitatibus ut dea natalis *Λεχώ* appellabatur;[3] atque ad eam annectere licet nomina feminarum, de quibus disputavit Fridericus Bechtel (Attische Frauennamen p. 72):

Λεχώ Le B.-F. 236 a. S. G. D. I. 4534 *b* in Laconia.
Λεχώ A. M. I 1876 162. S. G. D. I. 4583 in Laconia.
Λεχώ I. G. II 989, 12. Piraei repert.;

eademque ratione Diana saepe cum Ilithyia coniuncta adoratur, ad quam haec spectant theophora:

Ἐλειθύης I. G. XII 1, 933. 3. sc. a. Chr. n.
Ἐλειθυάς B. C. H. X 1886, 258. S. G. D. I. 4265. Phoenice, in arce Carum.

Nomen quidem *Ἐλευθώ* I. G. XII 3, 969 (serae aetatis) non iam certo separari potest a Cereris cognomine *Ἐλευθώ*.[4] Neque scio, an nomen Olympionicae Elei *Βριμίας* (Paus. VI 16, 5) spectet ad deam *Βριμώ* cognominatam (*Βριμίας* : **Βριμοκλῆς* = *Ἀγαθίας* : *Ἀγαθοκλῆς*).

---

[1]) *Θεὰ Φωσφόρος* A. M. IX 1884, 63 Parii, *Ἄρτεμις Φωσφόρος* et *Σελασφόρος* in Attica.

[2]) Cf. U. de Wilamowitz: Textgeschichte der griechischen Bukoliker p. 163 et O. Kern in Genethliaco Robertiano, p. 95.

[3]) Cf. Sam Wide: Lakonische Kulte p. 201.

[4]) Cf. R. van der Loeff: De ludis Eleusiniis, Lugduni Batav. 1903, p. 27 s. U. de Wilamowitz S. B. P. A. 1908, 331.

Iam antiquissimis temporibus deae cognomen *Φαεινώ* datum est (cf. quae adn. Bechtel ad S. G. D. I. 5607). Nec vero nomina *Φανόδωρος*, *Φανόδοτος* aliaque, quamquam in Ionia saepius inveniuntur quam in aliis terris (velut in Thessalia), ad eam pertinere existimo, quia non solum illa nomina cum stirpe *φανο-* composita usitatissima sunt, Dianae autem epithetum perraro occurrit, sed etiam huc accedunt permagnae dubitationes cum aliae tum grammaticae (*Φᾰναγόρας*).

Denique, postquam attuli theophorum *Λαφριάδας* I. G. IV 894, III 2 Epidauri, a. 146 a. Chr. n. (cf. F. Bechtel in Genethliaco Robertiano p. 83), quod spectat ad *Ἄρτεμιν Λαφρίαν*, cuius patria est Graecia septentrionalis (Nilsson, Griechische Feste p. 218 ss.), mentionem facio nominis Phoenicii עבדתנת C. I. S. I 1, 116 propterea, quod non nisi ex interpretatione Graeca *Ἀρτεμίδωρος* colligere possumus, quae fuerit natura illius deae תנת.

Ποσειδῶν.

Cum omnes fere viri docti ad hunc diem in Thessalia Boeotiaque magnum ac florentem iam antiquissimis temporibus Neptuni cultum reperiri contenderint, quin etiam nonnulli Neptuni cultum illinc repetere non dubitaverint, primus, ni fallor, Martinus Nilsson (Griechische Feste, p. 64) inde, quod pauci festi dies Neptuni in Graecia septentrionali agerentur, Neptuni cultum in illis regionibus non esse ortum iure conclusit. Nec dubium est, quin qui catalogum theophororum ad Neptuni nomen pertinentium perlustraverit, ad eundem finem perventurus sit. Itaque haud superfluum esse arbitror nomina in Thessalia et in Boeotia inventa, quae huc spectant, afferre:

Ποσέας I. G. IX 2, Lar. 568, 34. 2. sc. a. Chr. n.

[Π]οσε[ιδᾶς Ποσ]ίδαιος? I. G. IX 2, lib. Pher. 114 *b* 7. 1. sc. p. Chr. n.

Ποσείδιππος I. G. IX 2, Phal. 1228, 34. 3. sc. a. Chr. n.

Ποσείδιππος I. G. IX 2, Gom. 287 c 8. 1. sc. a. Chr. n.

Ποσίδων I. G. IX 2, 568, 20. 2. sc. a. Chr. n.

Ποσιδώνιος I. G. IX 2, Lar. 884 *b*. 2. sc. a. Chr. n.

Ποσιδίουν I. G. IX 2, Lar. 693. 2. sc. a. Chr. n.
Ποσειδώνιος *Κατ. Βοι.* 230.
Ποσειδέας I. G. VII 1632. Augusti temporibus.
Ποσείδιππος I. G. VII 2321. 2. sc. a. Chr. n.
Ποτιδάϊχος I. G. VII 27. 308. 2820. 2. sc. a. Chr. n. in.
Ποτιδάϊχος I. G. VII 1348.
Ποτίδαος I. G. VII 209. a. c. 200 a. Chr. n.
Ποτιδᾶς I. G. VII 2445. 2. sc. p. Chr. n.
Ποσιδώνιος Annual 1896/97, 108, in Boeotia, aet. Rom.

Omnia, quae attuli, nomina inferiori aetati attribuenda sunt; atque etiam, si cum aliis theophoris ea comparaverimus, rarissima esse concedemus.

Sed ii, qui Neptuni cultum cum in Graecia septentrionali, tum in Boeotia iam antiquissimis temporibus floruisse contenderunt, vel ex eo hoc quidem apparere dixerunt, quod, in navium catalogo extaret Ὄγχηστον ἱερόν, Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος (*B* 506). Nec tamen illo versu quicquam doceri existimo, praesertim cum catalogum navium in Boeotia compositum esse haud satis constet. Itaque fieri potest, ut poeta alienigena deum Boeotium Neptuno, qui in patria eius adorabatur, aequaverit.[1])

Ac iam nobis quaerendum est, quis fuerit ille deus, cui

[1]) Duae res commemoratione dignae esse mihi videntur; mirum esse puto, primum quod poeta, postquam Aiacem duodecim naves secum duxisse, addidit: *στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες* (quem versum a Solone interpolatum esse veteres memoriae produnt cf. Vürtheim: De Aiacis origine cultu patria, Lugduni Batav. 1907, p. 23), deinde quod in hoc navium catalogo nusquam mentio fit urbis Megarae (B. Niese: Die Entwicklung der homerischen Poesie p. 228, adn. 2). Nec vero hanc libri secundi Iliadis partem, priusquam illa urbs increvit, factam esse existimo; namque etsi illos versus ante Hesiodi catalogorum frg. 96 (ed. Rzach) ortos esse non ignoro, tamen non ita magnum spatium temporis inter eos interpositum esse puto. Equidem poetam Salaminios prope ad Atheniensium manum stantes commemorare, ut Salaminios ad numerum Atheniensium referendos esse indicet, et urbem florentissimam oblivione obruere, ut vel civibus eius omnium Graecorum expeditioni eos non interfuisse obiciat vel illa aetate Megaram urbem omnino fuisse neget, arbitratus catalogum navium tum, cum Athenienses contra Megarenses, ut insulam Salaminem in potestatem suam redigerent, bella gesserunt, ab Atheniensi quodam, si non compositum, at certe immutatum esse suspicor.

Neptunus est substitutus, et qua in regione Graeciae cultus eius ortus sit. Quam rem ut diiudicemus, primum nomina ad deum Onchesti adoratum pertinentia nobis perlustranda esse arbitror; quorum ex numero affero haec:

Ὀγχειστίων I. G. VII 2718. 3. sc. a. Chr. n.
Ὀγχειστίων I. G. VII 3180. a. c. 2:0 a. Chr. n.
Ὀγχειστίων I. G. VII 2435. 3./2. sc. a. Chr. n.
Ὀγχηστόδωρος I. G. VII 522. 3. sc. a. Chr. n.

Quamquam dixerit quispiam saepe theophora derivari ab oppidi eponymo, velut a Lamia nympha (Head H. n. 252) nomina Λαμιαίνετος et Λαμιόρκεις in Thessalia reperta, quae nuper attulit Bechtel (N. G. G. 1908, 578), tamen non probandum esse arbitror illa nomina ad eponymum pertinere, quod, si ita res se haberet, non intellegeretur, cur ille, quem filium Neptuni fuisse Pausanias IX 26, 5 commemorat, Neptuno, a quo Onchesti nulla derivata sunt theophora, in aequo esset positus. Immo, quin ille θεὸς Ὀγχήστιος deus quispiam, qui aquam vel flumina imperio tenebat, fuerit, non est dubium.

Pausanias (XI 1, 1), Polyaenus (I 12. VIII 44) aliique scriptores Boeotos e Thessalia in Boeotiam immigrasse indigenasque multis proeliis editis sub potestatem suam redegisse memoriae tradunt; atque idem dialectus Boeotica et nonnulla nomina geographica, quae in Thessalia quoque reperiuntur, docent. Huc pertinet etiam nomen Ὄγχηστος; etenim in Thessalia effunditur in Peneum flumen, cui nomen esse Onchestum Polybius (XVIII 3) dicit; nec mirum est a flumine nomina theophora duci; quin etiam in Boeotia nomina ad amnes spectantia esse usitatissima recte cognovit Georgius Neumann (De nominibus Boeotorum propriis, p. 42). Boeoti igitur in Boeotiam transtulerunt cultum eius dei, quem iam Thessaliam incolentes erant venerati. Et simili ratione iudicandum esse de deo, qui adorabatur Oropi, in alio oppido Boeotiae, mihi videtur; namque idem nomen flumini quoque Epiri[1]) impositum est; etiam ab illo deo Oropio[2]) homines nominati sunt, velut

---

[1]) Oropus filius fuisse dicitur Macedonis, Steph. Byz.
[2]) Posteriore aetate deus Oropius est Amphiaraus.

Ὠρωπόδωρος I. G. VII 366.
Ὠρωπόδωρος I. G. II 308. 429. 4263.
Ὠρωπόδωρος I.G.VII 246. 251. 254. 255.
Ὠρώπιχος Ἐφ. ἀρχ. 1895, 143. S. G. D. I. 5313, 286, in Euboea.
Ὠρωποκλῆς Eretr. Gr. 72. Eretriae. 3.-2. sc. a. Chr. n.
Ὠρωποκλῆς Ἐφ. ἀρχ. 1895, 137. Chalcide.
Ὠρωπιάδης Ἐφ. ἀρχ. 1895, 159. Chalcide.

Etiam Centauri, quae gens Thessaliae ad *Ποσειδῶνα Ἵππιον* [1]) reducenda est, antiquis temporibus dii amnium erant; huic rei documento praeter id, quod Chiro Neptuni filius fuisse traditur (Schol. Ven. A Ilias *Δ* 219), nomen est Centauri Nessi, quod amnem significans in Thracia reperimus; itaque Nessus in fabula ad Herculem spectante portitor est, qui viatores Euenum flumen transvehit. Cuius a nomine filius Thessali *Νέσσων* ac Thessalia *Νεσσωνίς* (Strab. IX 444) appellabatur. Nomen quoque Thessali cuiusdam *Νεσσύλος*, quod in titulo Larisae reperto (I. G. IX 2, 740) legimus, eodem pertinet. [2])

Ad aquae quoque deum, qui ut flumen vel fons [3]) e saxis oritur, pertinere videtur cognomen Neptuni *Πετραῖος*, quod Thessali ei dederunt. Ad hunc hominum nomina cum stirpe

---

[1]) Hoc loco non omittam commemorare, cur nomen *Ποσείδιππος*, quocum conferenda sunt nomina theophora Indorum cum voce *aśva*-composita, velut *Haritáśva-*, et Persicum nomen *Ἀσπαμίτρης*, apud Graecos sit gratissimum. Si cui nomen a Neptuno ductum dari oportebat, quod ab illo deo erat exoratus, quae compositio facilius inveniri potuit, cum Neptuno in omnibus fere Graeciae regionibus cognomen esset *Ἵππιος*? (Cf. Aeschyl. Sept. 130, Eurip. Phoen. 1707; *Ζεὺς Ἵππιος* Hesych. Miles. fr. 4, 37; *Ἄρης Ἵππιος* Paus. V 15, 6.)

Ad Neptunum *Ἵππιον* etiam haec nomina spectare videntur:
Ἵππιος, pater *Πύθωνος*, avus *Διονυσίου* B. C. H. XXVIII 1904, 30. Panamarae.
Ἵππιος Ἡραίου C. G. C. Lydia 242. a. c. 100 a. Chr. n. Sardibus.
Ἵππιος, pater Dionysii A. M. XXIX 1904, 172. Pergami. a. 147/146 a. Chr. n. (mensis *Ἱππιών* C. I. G. 2265. Eretriae).

[2]) Cum Centauris autem comparandos esse existimo Silenos, qui ipsi quoque dii amnium erant et in ora Asiae Minoris colebantur; nam nomen Marsyae, ducis eorum, flumen, quod in Maeandrum effunditur, significat; etiam homines sic appellabantur saepe nulla alia de causa, quam Graeci nonnullis nomen *Σάτυρος* vel *Σατυρίων* imponebant.

[3]) Pausanias IX 34, 4 commemorat fontem, cui nomen est *Πέτρα*.

Πετραιο- composita pertinent, quorum in titulis et apud scriptores occurrunt haec:

Πετραῖος I. G. IX 2, 1042, 27. Gonni.
Πετραῖος Gyrtonius I. G. IX 2, 534, 12. Larisae.
Πετραῖος Metropolita I. G. IX 2, 1238. Phalannae, idem 276 *a* 9, 16. Matropoli.
Πετραία I. G. IX 2, 562, 12. Larisae.
Πετραῖος I. G. IX 2, 539, 9. Larisae.
Πετραῖος I. G. IX 2, 517, 4. Larisae.
Πετραῖος (?) I. G. IX 2, 532, 34. Larisae.
Πετραῖος I. G. IX 2, 738. Larisae.
Πετραῖος Crannonius I. G. IX 2, 6 *e*. Hypatae.
Πετραῖος Crannonius I. G. IX 2, 517, 69. 70. Larisae.
Πετραῖος I. G. IX 2, 302 *a* 13. Triccae.
Πετραιονίκα I. G. IX 2, 299. Pelinnae.
Πετραῖος I. G. IX 2, 28. Hypatae.
Πετραῖος I. G. IX 2, 24, 1. || 30, 7. Hypatae.
Πετραῖος C. G. C. Thessaly 2. *Νομισμ*° 84; 264. v. Schlosser 15. 45. p. 2, p. 4. Hunt. coll. I 457 s. Mionnet II 5. a. 196/146 a. Chr. n.
Πετραῖος I. G. IX 1, 382. Naupacti.
Πετραῖος Λιλαιεύς S. G. D. I. 1747. Delphis.
Πετρῆος I. G. VII 3180.
Πετραία serva A. M. XVI 1891, 349. S. G. D. I. 4642 in Messenia; in. 3. sc. a. Chr. n.
Πετραῖος Phocensis Plut. De def. or. 29. Plut. Qu. conv. 5, 2.
Πετραῖος, amicus Philippi III., Pol. IV 24. V 17.
Πετραῖος Gortynius S. G. D. I. 5104. Gortynae, in oppido Cretae. a. c. 265 a. Chr. n.
Πετραῖος Naxius B. C. H. XXXII 1908, 72 (tab.). Deli.
Πετραῖος Alciphr. III 35.
Πετραῖος myth. C. I. G. 7383. 8185 c.
Πετραῖος Plut. Praec. reip. ger. 19.

Cur Centauro (Hesiod. Scut. 185. Nonnus XIV 189. Ovid. Met. XII 330) et Satyro (Nonnus XIV 109. XVII 196) nomen illud *Πετραῖος* sit impositum, et qua de causa Hesiodus (Theog. 357) filiam Oceani nomine *Πετραία* appellet, ex iis, quae exposui, facile elucet.

Neque nomen, quod in titulo Thessalico invenitur, silentio mihi praetereundum est; M a r t i n u s enim N i l s s o n (Griechische Feste, p. 71), etsi Neptuno illi Petraeo ludos esse editos opinabatur, tamen argumentis comprobare non potuit. Re vera autem in Thessalia dies festos ac certamina Neptuno acta esse nomine feminae confirmatur, quod in lapide sepulcrali Pelinnaei reperto incisum est: I. G. IX 2, 299: *Πετραιονίκα Λερδαία ἀνέθηκεν*; illi feminae propterea nomen *Πετραιονίκα* esse datum verisimile est, quod pater eius Derdas vel avus in ludis Neptuni Petraei victoriam erat adeptus.[1])

[1]) Cf. Bacchyl. XIII (tertium ed. Blass).

Simili ratione intellegenda esse puto nomina:

Ἰσθμιόνικος Atheniensis Thuc. V 19.
Πυθιόνικος I. G. XII 3, suppl. 1302, 26.
Διόνικος Olympia 729.
Εἰσιόνικος Rev. ét. gr. 1893, 195. Iasi. Rom. aet. (cf. *Περιοδόνικος Ἀκρηφιεύς* I. G. VII 2721 et *Καρυστόνικος* I. G. I 108, 446 a 27, vide p. 75).

Maioris autem auctoritatis quam qui in Graecia septentrionali erat Neptuno, cultus est Atticus. Itaque in Attica nomina a Neptuno derivata theophora sunt usitatissima.

Quibus annumeranda sunt nomina *Ποσέας*, *Ποσῆς*, *Ποσσῆς*, quae e *Ποσειδέας* et *Ποσειδῆς* decurtata atque conferenda esse cum *Ἀσκλέας*, *Ἀσκλᾶς* (ex *Ἀσκληπέας*, *Ἀσκληπᾶς*) aliisque veri est simillimum.[1]

Eodem modo opinari licet e *Πόσειδις* (B. C. H. XXVII 1903, 85 Deli) ortum esse nomen *Πόσις*, quod in iis ipsis regionibus invenitur, in quibus cetera quoque theophora a Neptuno derivata occurrunt.[2]

Ab Attica Neptuni cultus in Euboeam transmigravit; itaque ibi quoque nomina ad eum spectantia haud raro occurrunt.

Quorum in numero commemoratione dignum esse mihi videtur *Ποσειδόδοτος* (S. G. D. I. 5313, 203 = *Ἐφ. ἀρχ.* 1895, 141), quia non est decurtatum, cum alia, velut *Ποσείδωρος* (Cic. Verr. III 42), *Ποσείδικος* (Deli B. C. H. XXVII 1903, 68, 100), *Ποσήδοτος* (in papyro, Wochenschrift für klass. Philol. 1903, p. 734) primam partem haud integram conservaverint.

Sed iam antiquissimis temporibus Geraesti, in oppido promonturioque Euboeae, summa pietate deus colebatur, a quo nonnulla quoque theophora ducta sunt, quae, qua in regione in usu fuerint, haec docent exempla:

Γεραίστιον Ἀπολλωνίου B. C. H. XV 1891, 406. Carysti.[3]

[1] Ahrens, Kleine Schriften p. 415.

[2] Cf. I. G. IV 52 *Ποσίλλη* eodem modo formatum atque *Ποταμίλλη*, *Πόσιππος* Erythraeus *Ἐφ. ἀρχ.* 1901, 92. Chalcide.

[3] *Ποσειδᾶν ὁ Γεραίστιος* B. C. H. XV 1891, 404. Geraesti. — *Ποσειδῶν Γεραίστιος* Schol. Pind. Ol. XIII 112.

Ad Neptuni ludos fortasse spectat etiam nomen *Καρυστόνικος* I. G. I 108, 446 *a* 27 (cf. Schol. Pind. Ol. XIII 112: *ἐν Εὐβοίᾳ Γεραίστια*

Γεραστιφάνης P. H. 368 I 63, 64, 66, 69. Coi.
Γέραστις P. H. 368 V 48. 54. VII 65. 388, 6. 387, 24. Coi. Herzog 12, 11. 175, 18. 20.
Γέραιστις I. G. XII, 1, 1442, 32.

Γεραιστιάδας appellatas esse nymphas, quae Iovem coluissent Gortynae, in oppido Cretensium, in Etymologico Magno memoriae proditum est. Et alia quoque res, quae non nisi ex eodem lexico nobis nota fuit, optime theophoris confirmatur; e nominibus enim *Γεραστιφάνης* et *Γέραστις* (cf. nomen *Γεράστιος* mensis et hominis [Pape]) Graecos duabus formis *Γέραιστος* et *Γέραστος* usos esse apparet.[1]) Neque vero, utrum cum illa voce nomen Volcani (*Ἥφαιστος* et *Ἥφαστος* in vasis Atticis)[2]) conferendum sit necne, exploratum est nec certo potest diiudicari.[3])

Cum deo Geraestio autem a Graecis conexum esse eum, qui *ἅλιος γέρων* appellabatur, docet nomen *Γεροντιφάνης*, quod quia eodem modo atque *Γεραστιφάνης* in insula Co reperitur (P. H. 346, 7), ab eo separari non licet. Sed *Γερόντιος* aliaque nomina eadem ratione qua *Γέρων* et *Γεροντίδης* intellegenda esse censeo.[4])

In Atticam Euboeamque cultus Neptuni esse inductus videtur e Peloponneso.[5]) Namque in Iliade antiquissimae sedes Neptuni Aegae et Helice commemorantur; eandem stirpem atque huius oppidi nomen[6]) continet dei cognomen *Ἑλικώνιος*, ad quod spectant theophora, ut

---

ὑπὸ πάντων Γεραιστίων ἄγεται Ποσειδῶνι διὰ τὸν συμβάντα χειμῶνα περὶ Γεραιστόν).

Γεραίστιος, mensis Trozeniorum, Athen. XIV 639 b. — *Γεραίστιον*, vicus Arcadum, Etym. magn. — *Γεράστιος μήν* Thuc. IV 119. Lacedaemone.

[1]) Cf. Danielsson: De voce *αἰζηός* quaestio etymologica, Upsaliae 1892.

[2]) Cf. P. Kretschmer: Die griechischen Vaseninschriften, p. 127, 233.

[3]) Utrumque deum indigenis Graeciae attribuendum esse arbitratur Augustus Fick (Hattiden u. Danubier 46).

[4]) Ad Neptunum, qui *Γέρην* appellabatur (Steph. Byz.), haud scio an spectet *Γερήνιχος Ἕρμωνος Ἐρχομένιος* I. G. VII 3179. 3. sc. a. Chr. n. Cf. etiam in carminibus Homericis *Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ*.

[5]) Cf. Preller-Robert: Griechische Mythologie I[4], p. 577.

[6]) Praeter formam *Ἑλίκη* Graecos usos esse voce *Ἑλικών*, ut

Ἑλικώνιος Hunt. coll. II 322. Clozomenis.
Ἑλικώνιος astronomus Suidas.
Ἑλικώνιος Byzantius Suidas s. v. et s. *Ἀπίων* et *Ἀρριανός*.[1])
Ἑλικωνιάς I. G. XII 5, 318. Pari.[2])
Ἑλικωνιάς I. G. XII 5, 199. Pari.
Ἑλικωνιάς Anacr. ep. 108.
Ἑλικωνιάς Lat. II 52.
Ἑλικωνιάς Lat. IV 245.
Ἑλικωνιάς Lat. IV 241.

Iam gentes, quae priusquam Dores invaderent, Peloponnesum incolebant, deum venerabantur, cui nomen erat *Ποσοίδαν*.[3]) Quae forma apud Arcades et apud indigenas Laconiae a Doribus subactos reperta est (S. G. D. I. 1217 et 4588—4592). Nuper etiam Pergami forma *Ποτοίδαν* inventa est[4]) (A. M. XXXII 1907, 304. 5. sc. a. Chr. n.); sed fieri potest, ut titulus, in quo hoc nomen scriptum videmus, in Aeolidem ex alia regione translatus sit (cf. Bechtel Aeolica 57 s.). Cum in Peloponneso, ut iam supra monui, theophora sint rarissima, quin etiam quinto saeculo omnino fere desint, tamen ab Herodoto IX 71 *Ποσειδώνιον Λακεδαιμόνιον* commemoratum invenimus.

E Peloponneso iam antiquiore aevo Neptuni cultus per Cretam insulasque maris Aegaei usque ad Lesbum, ubi usitatissima erant illa theophora, migravit. In ea vero parte orae Asiae Minoris, quam Cares Lyciique incolebant, in aequo positus esse

---

oppidum significarent, suspicatus est Augustus Meineke. Cuius sententia cum ethnicis *Ἑλικώνιος* (I. G. VII 2348. B. C. H. XVII 1893, 344, Delphis), quae ad locum quendam referre mea quidem sententia melius est quam ad montem, tum hymno in Neptunum Homerico, v. 3: (*Ποσειδάωνα*) *Πόντιον, ὅς θ' Ἑλικῶνα καὶ εὐρείας ἔχει Αἰγάς*, (cf. ea quoque, quae annotaverunt Th. Allen et E. Sikes), confirmari mihi videtur. Idem censet Solmsen: Beiträge zur griechischen Wortforschung I p. 84 s. Fortasse oppidum eiusdem nominis in Creta situm erat, cf. Magnesia 20: *συνελθουσᾶν [τ]ᾶμ πολίων πασᾶν ἐς Βίλκωνα ἐς τὸ ἱερὸν τῶ Ἀπέλλωνος τῶ Βιλκωνίω, ἀγουμένων Γορτυνίων. Βιλκώνιος : Fελικώνιος = Κύρβαντες : Κορύβαντες.*

[1]) *Ἑλικώνιος* I. G. XIV 2393, 226; monumentum Centuripis repertum. Sed fieri potest, ut imago dei sit, cf. ea, quae annotavit Georgius Kaibel.

[2]) Ego quidem hoc nomen intellegendum esse ut *Μοῦσαν* improbo. *Ἑλικώνιον* locus sacer in insula Samo, A. M. X 1885, 33.

[3]) Itaque Neptunus patronus est Pelopis, Pind. Ol. I 25.

[4]) Nominibus quoque in *-κρέτης* exeuntibus et Aeoles Asiae Minoris et Arcades Cypriique utuntur, cf. nomen *Καλλικρέτης*, de quo disseruit Fridericus Bechtel Aeolica p. 56.

videtur Neptunus deo, quem indigenae *Ὀσογῶα* appellantes adorabant. Neptuni autem Graeci cultum una cum Apolline a Trozeniis, qui coloniam Halicarnassum deduxerunt, eo latum esse docet inscriptio Halicarnassi reperta, quae catalogum sacerdotum *Ποσειδῶνος Ἰσθμίου* continet (C. I. G. 2655 = S. I. G. 608). Eodem autem cognomine Neptunus etiam Cyzici atque in aliis oppidis colebatur. Quocum hominum quoque nomina cohaerere videntur, velut

Ἰσθμιάδης Paus. IX 25, 7.
Ἰσθμικός P. H. 202 (cf. *Πυθικός*). Coi.
Ἰσθμιάς Dem. LIX 19; Athen. XIII 587e, cf. 593f.
Ἴσθμιος, rex Messeniorum, Paus. IV 3, 10.
Ἴσθμιος Paus. IV 3, 8.[1])

Et quoniam totus Isthmus Neptuno sacer erat,[2]) ludi quoque Isthmii in eius honorem agebantur, ad quos pertinent nomina huius generis:

Ἰθμονίκα (sic!) I. G. IV 951, 10. *Πελλανηίς*.
Ἰσθμιόνικος Atheniensis Thuc. V 19.
quater *Ἰσθμιώ* I. G. XII 3, et *Ἰσθμιώ* I. G. XII 3, suppl. 1302, 19. 2. sc. a. Chr. n.

Sed incertum est, num ratio intercedat inter Neptunum et hominum nomina huius generis: *Ἅλιος* (Ilias *E* 678, Lycius; Odyss. *ϑ* 119, 370, filius Alcinoi; I. G. XII 8, Samothr. 186, 18 Rhodius, *ἱερεύς*), *Ἁλίαρχος* (I. G. XII 8, Samothr. 161, 13 *Μαρωνίτης*), *Θαλασσίων* (I. G. XII 8, Samothr. 214, 2; *Θαλασ-* I. G. XII 8, in num. p. 41), *Πόντιος* (Alciphr. I 7, nomen piscatoris).

Veri autem est similius in theophoris habenda esse nomina, quorum e numero haec exempla affero[3]):

Ἀσφάλιος Le B.-F. 338*b* B 53. S. G. D. I. 1231 B 56, Tegeae.
Ἀσφάλιος: hoc nomen ego quidem lego pro **Ἄσφαλτος* I. G. IV 1484, 248.

[1]) Cf. *Ἰσθμέρμιος* S. B. P. A. 1900, 113. S. G. D. I. 5493. Clazomenius, Mileti. a. c. 390 a. Chr. n.

[2]) Per Odelberg: Sacra Corinthia, Sicyonia, Phliasia, commentatio academica (Upsaliae 1896), p. 19.

[3]) Cf. *Ποσειδῶν Ἀσφάλιος* J. H. S. XIII 1893, 337. Mantineae. *Ποσειδᾶν Ἀσφάλειος*, oracula Apollinis edita Cyzicenis (B. C. H. VI 1882, 454) et Trallianis (O. Kern in Genethliaco Robertiano p. 99ss.).

Ἀσφαλίων Theocr. XXI 26 nomen aptissimum ad piscatorem significandum.
Ἀσφαλίων, servus Menelai, Odyss. δ 216.
Ἀσφαλίων I. G. II 403, 60.
Ἀσφάλιος I. G. XII 5, 216, Pari. „Paria lapidis origo prorsus certa est.“ 6. sc. a. Chr. n.
Ἀσφαλίων I. G. XIV 2390.

Nec vero dubium est, quin a Neptuno nomina sua duxerint et Trozenius Εἰνάλιος Ἡρακλέωνος I. G. IV 797, 1,[1]) cuius iam supra mentionem feci (p. 8), et Crotoniates Φυκιάδας Iamblich. De vit. Pyth. 267[2]), ac forsitan adiciendum sit theophoris nomen Λεχαῖος Anc. Gr. inscr. IV 1, 925 c, Branchidis, aet. Rom.

Omnes Iones societate artissime coniuncti non solum Apollinem et Dianam religiosissime colebant, sed etiam Neptunum tanta pietate venerabantur, ut dies festus, cui nomen erat Πανιώνια, Neptuni honore afficiendi causa ageretur. Quocum etiam esse conexum videtur nomen theophorum Πανιώνιος Herod. VIII 105, Athen. VI 266 e.

Δημήτηρ.

Nullum cultum magis religioni Christianae in Graeciam invadenti suppeditasse atque ad eam maiorem vim habuisse quam Cereris nostris temporibus nullo viro philologo ignotum esse arbitror. Sed priusquam eo perveniret, in varias partes commutatus est. Etsi non est dubium, quin inferiore aetate Cererem Graeci ut telluris deam, quae fertilitatem ac divitias largitur, adoraverint, tamen multi viri docti eam iam antiquissimis temporibus hoc munere functam esse negaverunt. Atque etymologia nominis, quae nobis nota est praecipue e Ciceronis De natura deorum libro secundo (§ 67: „. . . prima littera itidem immutata, ut a Graecis; nam ab illis quoque Δημήτηρ quasi Γημήτηρ nominata est“), num recta sit, graviter in dubium revocavit forma Δωμάτηρ Aegis reperta (Aegae Jahrb. 42), quacum

[1]) Cf. A. Fick: Wochenschrift für klass. Philologie 1967, 92. Ποσειδῶν Εἰνάλιος B. C. H. V 1881, 340, O. Kern in Genethliaco Robertiano p 99 ss. Trallibus; Ἀφροδίτη Εἰναλία Anth. IX 333.

[2]) Ποσειδῶν Φύκιος Myconi B. C. H. XII 1888, 460 = S. I. G. nr. 615, 9.

Fridericus Bechtel Cereris nomen *Δωΐς* in hymno Homerico a se restitutum nomenque theophorum *Δωμάτριος* (cf. Mionnet III 8 Cymaeus; Suppl. VI 10) copulavit (N. G. G. 1890, 30). Praeterea in inscriptionibus Thessalicis nomen mensis reperitur, quod mihi quidem mentione dignum videtur (*Δέματρος* I. G. IX 2, 109 *b* 47, in oppido Halo). Etsi qui titulum edidit, formam illam errore lapicidae ortam esse suspicatur, tamen mihi alia in opinionem veniunt, namque non solum suffixum nominibus Aeolicis *Διόννυσος, Πόσειδος, Κάϊκος, Δάμματρος* collatis nihil habet offensionis, sed etiam vocalismum notabilem rectum esse nec ullo mendo ortum nomine theophoro *Δεμάτριος* (I. G. IX 2, Phar. 234, 134) in inscriptione illa Pharsalia invento confirmatur.[1]) Huc etiam accedit Thessalicum *Δαμμάτριος*, quod, quamquam haud difficulter e voce *Δαμάτριος* explicari potest[2]) (similiter in verbis Latinis consonantia ad duas syllabas tracta geminantur), tamen alicuius esse momenti equidem haud sine ulla dubitatione negaverim.

Quibus allatis non iam satis constat virorum sententia doctissimorum, qui Cererem antiquissimis temporibus eandem ac Tellurem fuisse arbitrantur; sed postea hac ratione eam esse a Graecis adoratam certissimum est; neque vero Ernesto Maafs concedendum esse puto Matrem, deam Asiae Minoris, eandem fuisse atque Cererem, id quod ille e theophoris quidem nominibus colligebat (Oesterr. J. 1908, 17); quod enim nec nomina **Δημητρογένης*, *-*κλῆς*, *-*ῶναξ*, *-*δωρος*, *-*δοτος*, *-*φιλος*, *-*ξενος*, *-*φαντος*, *-*τιμος* aliaque eius modi, neque *Δάματρις, Δημητρᾶς*, **Δημήτρων*, similia extarent, utrumque genus nominum ad eandem deam pertinere demonstrari.

Sed defuit illi viro doctissimo satis magna materia. Ego

[1]) Fieri potuit, ut pro *η* littera *ε* scribatur (cf. *Μενόδοτος* S. G. D. I. 5187 in Creta; forsitan illud mendum extiterit eo, quod sequitur *Μενεκλῆς*), sed bis lapicidas Thessalorum errasse in titulos, qui sunt diligentissime inscripti, incidentes *ε* (vel *η*) pro *α* mihi quidem improbatur. Cum illa vocalismi varietate, quae satis certa esse ac dubio carere mihi videtur, conferri licet forma *πεπεμμένοις* (pro *πεπᾶμένοις*) I. G. IV 752, 13, cf. Bechtel Hermes XXXVI 1901, 611.

De nomine *Δαμάτηρ* cf. Kretschmer Wiener Studien XXIV 2, p. 1 ss.

[2]) Cf. Solmsen: Untersuchungen zur griechischen Laut- und Verslehre p. 165, adn. 1.

quidem e collectione mea quadraginta fere milia theophororum continente haec exempla afferre possum, quibus Ernesti Maafs fundamenta demoveo:

Δημῆτρις[1]) I. G. XIV 1535.
Δημῆτρις Δημητρίου Le B.-F. 341 *d*; in Arcadia, aet. imp.
Δαμᾶτρις I. G. XII 1, 883, 1. Argivus.
Δημῆτρις I. G. III 1165.
Δαματρῖνος I. G. VII 3173 a. 240—230 a. Chr. n. (cf. *Πτωῖνος*, *Ἀσκλαπῖνος*).
Δημῆτρις Le B.-W. 1351. Olympi, in Lycia.
Δημητρᾶς Lyc. II, I 69.
Δημητρᾶς Lyc. II, I 52, 19.
Δημῆτρις Priene 313, 237.
Δημῆτρις Arch. epigr. Mitt. 1884, 12; in Thracia, aet. Rom.
Δημῆτρις Arch. epigr. Mitt. 1887, 46. Tomis. a. c. 200 p. Chr. n.
*Δημητρίων Δημ*⁰ 764. Aet. reg. Mac.
Δαμάτριχος I. G. VII saepe (: *Μητρίχη*).

Cur nomina **Δημητρόδωρος* similiaque non in usu fuerint, iam supra commemoravi (p. 21). Ea vero, quae a voce *μήτηρ* ducta sunt, similia ostendunt suffixa (*-έας, ᾶς, -ων*) atque nomina decurtata, quae continent stirpem *πατρ-*. Sed ad quaestiones grammaticas aggressi cum de Cerere disseramus, hoc loco non omittamus theophora ad Tellurem spectantia; namque etiam ei pueri commendabantur, quia ut *φέρβει ἐπὶ χθονὶ πάνθ' ὁπόσ' ἐστίν*, ita illos quoque materna caritate colit: *ἐκ σέο δ' εὔπαιδές τε καὶ εὔκαρποι τελέθουσι* h. Hom. *εἰς Γῆν μητέρα π.* v. 2 et 5.

Etsi non deerant viri docti, qui nomina stirpem *Γα-* continentia, cum aphaeresi orta essent, theophora esse negarent, tamen documenta, de quibus iam p. 33 egi, neque satis firma neque idonea ad illam sententiam probandam esse mihi videntur; ex quo tempore de nominibus illis disputaverunt F. Bechtel[2]) et A. Fick,[3]) numerus eorum uno auctus est.

Accedit enim ad haec exempla:

Γαμείδεις I. G. VII 1873.
Γαμείδεις B. C. H. XXIII 1899, 193. Acraephiae. a. c. 200 a. Chr. n; aut *Ἀγαμείδεις*?[4])

[1]) Cf. *Χρόμις* Ilias *B* 858 (: *Χρομίος P*. 218. 494. 534), *Ποσειδῶνις*, *Ἀμμῶνις* (velut B. C. H. XVII 1893, 245 *Εὐμενεύς*) et *Αἶλις* I. G. XIV 466, *Γάις* Anc. Gr. inscr. IV 1, 861, Cnidi.

[2]) F. Bechtel: B. B. XXIII 1897, 247 s.

[3]) A. Fick: Wochenschrift für klass. Philologie 1906, 1281.

[4]) *Γᾶ* B. C. H. XXV 1901, 363, Thebis. Cf. *Θεομείδεις* I. G. VII 2290.

Γάδωρος S. G. D. I. 1181 A 22; in Arcadia.
Γάτιμος Κι . . . B. C. H. VI 1882, 234. S. G. D. I. 2659, 2. Delphis,

nomen *Γαύδοτος* Pergamenus S. G. D. I. 2644, 12. B. C. H. V 1881, 388 s. Delphis. Eodem modo vocalis *ο* (**Γαύδοτος*) obscurata est in nominibus *Λαυδίκη M κ. B. E'* 64, Apollonide, prope Pergamum; *Σαύλαος* Hermes VII 1873, 49, Metaponti et Tauromenii, aliisque.

Nomen autem *Γαναυα-* C. G. C. Thessaly 4. Hunt. coll. I 457, a. 196/146 a. Chr. n. non **Γάνναξ*, sed *Γανάνας* legendum est comparato Macedonico *Γανάνης*.[1])

Γάιος vero, quod attulit Ernestus Maafs (Oesterr. J. XI 1908, 11) e titulo Cretico S. G. D. I. 5026 Gortynae reperto, eo semovetur, quod sequitur in eadem inscriptione *Αὐγούστα*.

Aeoles, cum perantiquas formas nominis Cereris conservaverint, primos omnium Graecorum in patria sua Thessalia illam deam religiosissime coluisse mihi quidem probatur; atque idem aliis causis allatis opinatus est Otto Kern; qui, quantum haberet momenti in hac quaestione campus fertilissimus, quem Thessali Dotium[2]) appellaverunt, recte cognovit (Pauly-Wissowa IV 2, 2714). (Cf. Callim. h. in Cererem 25: *τεῖ δ' αὐτᾶι καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοί*).

Quae cum ita sint, imprimis in Pelasgiotide theophora a Cerere ducta reperimus. Etiam in Boeotia nomen *Δαμάτριος* vel *Δημήτριος* inter usitatissima referendum est.[3]) In Attica

[1]) Cf. Otto Hoffmann: Die Makedonen p. 129. **Γεοφάνης*, quod nomen apud Marg. Demitsas legitur, a Friderico Bechtel (S. G. D. I. 5456, 5459) correctum est; Demitsas enim forma litterae *λ* deceptus in hunc errorem incidit, cf. etiam B. C. H. XXIV 1900, 269).

[2]) Nomen hominis *Δώτιος* Arch. epigr. Mitt. 1887, 46, Tomis a. c. 200 p. Chr. n., removendum esse apparet, quod nulla ratione cum Cerere conexum est, sed stirpem *δω-* continet; cf. *Δώσιος* Rev. ét. gr. IX 1896, 422, Cnidi.

[3]) Fortasse nonnulla nomina, velut *Δάμων* et *Δαμᾶς*, illis theophoris adicienda sunt; cf.

Δαμάτριος	
Δαμάτριος Τρίτου	Dalmat. 82. C. I. G. 1830 *d* omnes propinquitate coniuncti sunt.
Δάμων Τρίτου	
Δάμων Δαματρίου	

Δαμᾶς Hunt. coll. II 143, Rhodius: *Δαμάτριος* Hunt. coll. II 143, Rhodius.

vero illa, etsi antiquiore aevo rarissima sunt, post Euclidis aetatem tantopere increbrescunt, ut ea re nulla alia terra Graeciae Macedonia excepta illam adaequet; atque imperatorum temporibus Romanorum auctoritatem eius cultus neque augeri nec minui docent theophora.

Alia autem via illa religio iam antiquissima aetate in insulam Cretam translata est;[1] unde emanavit non solum in insulas maris Aegaei Asiamque Minorem, sed etiam cum per reliquas terras Peloponnesi, tum in Argolidem, ubi Ceres cognominabatur *Μυσία*,[2] ad quam pertinet nomen *Μύσιος* I. G. IV 732 IV 4 (cf. Bechtel in Genethliaco Robertiano p. 81). Sanctissime incolae quoque Siciliae insulae Cererem venerabantur. Atque etiam in interiores Asiae Minoris regiones invasit eius cultus; quam ibi diis indigenarum, velut Matri, parem esse positam veri est simile. Neque oblivione obruendum est saepissime illa theophora ad regum nomina annexa esse.[3] Et similiter res in Graecia (Athenis Demetrius, rex Macedonum, etiam in deos relatus est, cf. Plut. Demetr. 10 et Athen. VI 253 c; dies festus *Δημήτρια* Plut. Demetr. 12; mensis *Δημητριών* ibidem) et in Macedonia se habere videtur; in hac quidem terra theophora ad Cererem spectantia non solum reliqua omnia, si discesseris a nominibus ad Bacchum pertinentibus, frequentia superant, sed etiam saepius quam in Attica occurrunt adeo, ut septimum quodque theophorum a Cerere derivatum sit.

Si Graeciae atque Asiae Minoris singula loca, quibus illa inveniuntur, perlustraverimus, non nos effugiet imprimis ea in fertilissimis vallibus reperiri. Neque hoc quidem mirum est, quoniam Ceres ibi singularem copiam frumenti ac fructuum largitur, propter quae dona Graeci eam appellabant *Καρποφόρον*.[4]

[1] Cf. O. Kern, Pauly-Wissowa IV 2, 2720.

[2] Cf. L. Malten Archiv f. Religionswissenschaft XII 1909, 300. Multum autem dissentio ab illo viro doctissimo epithetum deae cum voce *μύω* conectente.

[3] Cf. F. B. 302.

[4] Exempli causa affero haec testimonia:
Δημήτηρ καρποφόρος Paus. VIII 53, 7. Tegeae.
Δημήτηρ καρποφόρος B. C. H. IX 1885, 398. Magnesiae ad Sipylum.

Nec vero scio an hominum nomina *Καρποφόρος* et *Καρπόδωρος* cum illo epitheto conectere liceat. Quorum exempla, quae omnia sunt inferioris aetatis, haec commemorare satis habeo:

Καρποφόρος I. G. XII 2, 232.
Καρποφόρος P. H. 242.
Καρποφόρος Arch. epigr. Mitt. 1896, 31; in Phrygia.
Καρποφόρος A. M. XXVI 1901, 123. Cyzici.
Καρποφόρα Le B.-W. 1397; in Cilicia.
Καρποφόρος B. C. H. XXIII 1899, 168; in Pisidia.
Καρπόδωρος I. G. III saepe.
Καρπόδωρος I. G. II 3844.
Καρπόδωρος I. G. II 470.
Καρπόδωρος B. C. H. III 1879, 174; in Cypro.[1])
Καρπόδωρος Rev. ét. gr. XV 1902, 132. Ithacae.

Sed utique ab illis nomina *Κάρπος, Εὔκαρπος, Πολύκαρπος* eadem ratione segrego, qua *Ἄνθος, Εὐάνθης, Πολυάνθης* separavi a nomine *Ἀνθεσφόρος* (p. 25).

Sicut Cererem item Iovem et Mercurium et alios deos fruges hominibus tribuentes Graeci cognomine *Ἐπικάρπιος* (*Ζεὺς ἐπικάρπιος* Pap. Americ. sch. II 253) colebant, Bacchum autem *Καλλίκαρπον* (Heb. Wilh. 44; in Cilicia) vel *Κάρπιον* (I. G. IX 2, Gom. 287 *b. c*) appellabant. Verum etiam eadem nomina hominibus data in theophoris ponere vereor.

Quanta sit antiquitate dies festus, cui nomen est *Θαλύσια*, non solum inde apparet, quod iam in Iliade *I* 533 s. Oeneus illum sollemniter celebrat,[2]) sed etiam, ni ita esset, altero quoque docere possumus argumento a nominibus epicis petito: *Δ* 458 patronymicum *Θαλυσιάδης* occurrit, quod a nomine *Θαλύσιος* ductum est.

Δημήτηρ καρποφόρος B. C. H. I 1877, 289. Ephesi.
Δημήτηρ καρποφόρος *M. κ. B. E'* 78. Smyrnae.
Δημήτηρ καρποφόρος Heb.-Wilh. 44; in Cilicia.
Δημήτηρ καρποφόρος B. C. H. XVII 1893, 540; in Mysia.

Cf. *Γᾶ καρποφόρος* B. C. H. VI 1882, 454. S. G. D. I. 2970, 5. Delphis, oraculum Cyzicenis editum. — *Καρποφόρος Γῆ* Lanck. Pamph. II 83. 58, 17; in Pisidia. — *Ζεὺς καρποδότης* A. M. VII 1882, 134. Prymnessi, in opp. Phrygiae.

[1]) Nomen *ΔΙΠΟΔΩΡΟΣ* B. C. H. XX 1896, 356, in Cypro, non lego *Διπόδωρος*, sed *[Καρ]πόδωρος*. Idem restituendum esse censeo in alio titulo *M. κ. B. Γ'* 160, in Phrygia.

[2]) In Iliade *Θαλύσια* omnibus diis aguntur, cf. Nilsson: Griech. Feste 331.

Hoc loco addo mensem *Ἀμαλώιος* (cf. O. Hoffmann, Dialekte II, p. 111) et nomina hominum cum eo conexa:

Ἀμαλώιος, pater Demetrii, *Αἰολεὺς ἀπὸ Μυρίνης* B. C. H. XIX 1895, 340 = I. G. VII 1760; I. G. VII 3195.
Ἀμαλώιος A. M. XXXIII 1908, 404; Pergami.

Inter omnes constat Eleusinem fuisse clarissimam sedem Cereris ac Proserpinae, quae aliis locis Graeciae ut *Ἁγναὶ θεοί* (cf. Pausan. IV 33, 4. S. G. D. I. 4689) adorabantur. Sed quot nomina e numero eorum, quae ad vocem *Ἐλευσίς* spectant (nova difficultas eo offertur, quod Ilithyia cum illo verbo contaminatur),[1] sint theophora, in medio relinquendum esse puto;[2] eadem ratione diiudicare non audeo, quae nomina vocabulum *ἁγνός* continentia cum diis, quas paulo ante commemoravi, conectenda sint.

Neque vero ulla est certa coniunctio Cereris, quae *Εὐετηρία* appellabatur (I. G. IV 203, 20), atque nominum *Εὐετήριος* et *Εὐετηρία* (cf. nomina Boeotica, velut *Εὐϝετειρίς* I. G. VII 993. 2279).

Sequitur, ut nominum *Ἀζάρατος* atque *Ἀζαῖος* mentionem faciam, quae fortasse ad Cererem (neque vero ad filiam eius) pertinent. (*Ἄζα* eadem atque *Ἀζησία*? F. B. 46) Cf. nomina:

Ἀζάρατος B. C. H. XXVII 1903, 110. *Δωριεύς*.
Ἀζάρατος B. C. H. XXVII 1903, 111. *Λοκρός*.
Ἀζάρατος I. G. II 1546.
Ἀζάρατος B. C. H. XXVII 1903, 77. Deli.
Ἀζάρατος S. G. D. I. 2087, 22 et saepius. Delphis.
Ἀζάρατος? fort. pro *Ἀζάρετος* Revue de philol. 1901, 10. Mileti.
Ἀζαῖος Θετταλονικεύς I. G. VII 320.

[1]) Cf. Guil. Dittenberger, Pauly-Wissowa V 2, 2342 s., van der Loeff l. c. p. 27 s. C. I. G. 3058 in Creta *Ἐλευθύα* coniuncta cum Cerere.

[2]) Satis certo in theophoris habenda sunt:
Ἐλευσίνιος Ἐλευσινίου Μιλήσιος I. G. VII 2632.
Ἐλευσίνιος Priene 313, 304.
Ἐλευσίνιος (sic equidem lego) Le B.-W. 350, Mylasae.
(*Ἐλευσίνιος* mensis, Therae et in Creta).
Ἐλευσᾶς Priene 313, 304 *a*.
Ἐλευσᾶς *M. κ. B. A'* 95, Smyrnae, aet. Rom.
Ἐλευσᾶς *Τραλλ.*° 20, aet. Rom.

Denique aliam deam, quae habet quandam societatem cum Cerere, commemoro. Ex antiquis monumentis elucet Tellurem ipsam fuisse illam Pandoram;[1]) cuius nomen explicatur Attico *Πάνδωρος* I. G. III 1155, quod cum ea confero, etsi in numero theophororum non est ponendum (cf. nomen comparativum *Πανδώρα* I. G. XIV 2054).

Διόνυσος.

Qua in regione Bacchi religio, quam celerius ceteris omnibus per Graeciam longe lateque diffusam etiam ad poësin Graecorum magnam habuisse vim satis constat, orta esset, iam antiquis non fuit ignotum memoriamque patriae eius Thraciae conservatam esse gravissimus auctor nobis est Herodotus (cf. Lobeck: Aglaophamus I 289 ss.). Neque tamen nostra aetate desunt, qui hanc rem nobis traditam denegent. Sed quaerentibus, cui genti antiquissimus cultus illius dei attribuendus sit, argumento esse nomina quoque theophora existimo. Quorum duo genera primum digna sunt, quae commemorentur, altera, quae a stirpe *Διονυσο-* derivata sunt, altera, quae ad epitheta Bacchi pertinent. Si illa quidem perlustrabimus, nomina hominum eodem modo ac nomen dei ipsius diversas formas ostendere nobis facile patebit. Imprimis autem sunt afferenda nonnulla in Thracia et Ionia septentrionali reperta, quae primam vocalem a pervulgata scribendi ratione discrepantem praebent:

Δεονῦς C. G. C. Thrace 124. Regl. 493. Maroneae. 5. sc. a. Chr. n. (*Δεουνῦς* cf. S. G. D. I. 5684, 7, adn.).
Δεονῦς Num. chron. 1892, 27. Abderae. 450/430 a. Chr. n.
Δεο- C. G. C. Thrace 66. Num. Z. IV 187. Hunt. coll. I 382. Abderae. 5. sc. a. Chr. n. p. pr.
Δεονῦς I. G. XII 8, Thas. 270, 2.
Δεονῦς *M. κ. B. Γ'* 148. A. M. XV 1890, 338. S. G. D. I. 5694. Erythris.[2]) 4. sc. a. Chr. n.

[1]) Cf. C. Robert: Archäologische Märchen p. 194 ss. P. Gardner J. H. S. XXI 1901, 4 ss.

[2]) Etsi theophorum *Δεονῦς*, cui addo nonnulla exempla nominis *Δεονῦς*:

Etiam deus ipse ab Anacreonte poeta (2, 11 et 11: Etym. Magn. 277, 38) *Δεόνυσος* appellatur (codd. *Δεύνυσος*).

Cum in titulis lingua Phrygia conscriptis non solum voces *δεος* atque *διως* legerentur (cf. Ramsay K. Z. XXVIII 1887, 388 s.), sed etiam in aliis inscriptionibus Phrygiae pro *ι* vocali antecedente littera *ε* conspiceretur, hanc sonantis mutationem linguae Phrygum, quae eadem esset atque Thracum, attribuendam esse optimo iure conclusit Kretschmer (Einleitung in die Gesch. der griech. Spr. p. 225).[1]

Ex eo autem, quod forma *Δεόνυσος* summa est vetustate et insequentibus saeculis evanuit, Graecos haud multo postquam dei nomen a Thracibus acceperint, id cum nomine Iovis adaequavisse colligere licet.

Praeter illa theophora relatu digna esse mihi videntur, quae consonantem *ν* geminatam aut vocalem secundam productam praebent:

> *Διόννυσος* (ortum e *Διοννύσιος*) I. G. IX 2. Phal. 1228, 74.
> *Διοννυ-* C. G. C. Ionia 133, Erythris. In. 3. sc. a. Chr. n.
> *Διονν- Σάμιος* I. G. II 3298.
> *Δίοννος* I. G. XII 1, 46, 188.
> *Ζόννυσος* Mytilenaeus I. G. XII 1, 69 et 70.
> *Διωνιουσ°* et *Διωνουσ°* saepe I. G. VII. *Διωνύσιος Βυζάντιος* 2418.
> *Διωνιουσιόδωρος* B. C. H. XXIII 1899, 201. Acraephiae.
> *ΔιϜωνυσ-* I. G. IV 529, 20, 21;

neque enim dubium est, quin illis formis nomen dei e **Διόσνυσος* ortum esse doceatur. Quae cum ita sint, tamen nos Pauli

> *Διονῦς* Lat. I 177. S. G. D. I. 5553. 4. sc. a. Chr. n.
> *Διονῦς Μ. κ. Β. Β' β'* 54.
> *Διονῦς Ἡρακλεώτης* I. G. II 2968.
> *Διονῦς Ἐφέσιος* (sic restituo) *Κατ. Βολ.* 450,

e legibus linguae Graecae explanari posse (*Δεονῦς* : *Δεονύσιος* = *Ἀπολλῶς* : *Ἀπολλώνιος*; si ita res se habet, scribendum est *Δεονύς*) cognovit F. Bechtel, tamen mihi venit in suspicionem illud nomen fortasse conferendum esse cum theophoris Thraciis *Κότυς*, *Βενδῖς*, similibus. Huc accedit, quod *Ἀπολλῶς* plerumque inferiori aetati attribuendum est.

[1]) *Ἀσκληπεόδοτος* cf. Kretschmer l. c.,
Ἀπολλώνεος B. C. H. XXXIII 1909, 313, in Bithynia,
Σεράπεος gen. Pap. Americ. sch. III 41.
Δεΰ Pap. Americ. sch. III 407; Ramsay Cit. I 154. C. I. G. 3817.
Δεΰ C. I. G. 4135, in Galatia,
vide alia exempla, quae congessit Mordtmann A. M. X 1885, 13.

Kretschmer, qui ad hanc vocem leges linguae Thracum pertinuisse censet, sententiam secutos lineas transilire arbitror; nam cum illa forma comparanda esse existimo Boeotorum nomina *Διόζοτος*, similiaque. Fieri igitur potest, ut haec compositionis ratio Graecae linguae tribuenda sit,[1]) sed cf. P. Kretschmer K. Z. XXXIII 1895, 570.

Non solum ex iis, quae adhuc exposui, Bacchum e Thracia originem duxisse elucet, sed etiam e theophoris in illa regione valde pervagatis apparet. Namque illa, si perlustramus, nusquam saepius occurrere quam in Macedonia Thraciaque videmus. In titulis enim, quos edidit Marg. Demitsas, inter trecenta triginta fere theophora undequinquaginta inveniuntur, quae ad Bacchum pertinent, cum viginti tria a Iove et undetriginta ab Apolline et viginti tria a Mercurio ducta reperiantur; quia huc accedit, quod nomina cum Semela, quam Phryges ac Thraces ut terrae deam coluisse verisimile est,[2]) conexa apud nullam gentem nisi apud illos in usu fuerunt,[3]) non iam dubium esse arbitror, quin profecto Bacchi cultus in Thracia ortus sit.

[1]) Hoc loco affero nonnulla theophora a Baccho derivata, quae alia aliis de causis commemoratu perdigna sunt:

Διννσιφάνης (sic!) Oester. J. XI 1908, additam. p. 165; prope Ephesum. 5. sc. a. Chr. n.

Ζιονύσιος S. G. D. I. 5523; in num. Phoceae.

Διωνιουσιόδωρος B. C. H. XXIII 1899, 201. Acraephiae.

Διονυσιόδωρος *Μ. κ. Β. Α'* 128. Erythris. C. I. G. 2079. Lat. I *Ὀλβ.* 98. C. I. L. III 633, nr. IV in Macedonia; et saepe.

Διονυσιοκλῆς C. I. G. 2152*b*, Carysti. || Athen. III 96 d, 116 d, 118 d.

Illa nomina aut ad *Διονύσιον* (Simonides 88, 8, cf. U. de Wilamowitz: Aus Kydathen 225) spectant aut orta sunt e formis vel *Διοννσιφάνης* ac *Διοννσίδωρος* (Imh.-Bl. I 285, 283 Clazomenis) et *Διοννσόδωρος* vel *Διονύσιος* et *Διοννσόδωρος* permixtis, cf. *Ἑκατεώνυμος* Lat. I *Ὀλβ.* 114*a*: *Ἑκατέων* et *Ἑκατώνυμος*.

Nomen *Διονύτας* (F. Bechtel: Aeolica 24) apud Aeoles ortum et in alias regiones translatum esse mihi videtur. (*Διονύτας Κατ. Βολ.* 282. || *Συναλήτιος* I. G. II 469, 92. || C. I. G. 3141. 3242, Smyrnae. *Ἰασεῖς* B. C. H. XII 1888, 33. XIII 1889, 524. V 1881, 498. IX 1885, 326. Car. || et saepe).

[2]) Cf. P. Kretschmer: Semele und Dionysos, Aus der Anomia 17 ss. Num *Σέμελος* eandem stirpem contineat (Lyc. II, II 215), incertum est; unde autem illud illatum sit, docet nomen *Αἰχοσεμέλης* Lyc. II, I* 128*a*.

[3]) *Σεμέλη Δημ'* 1. C. I. G. 1997*c*, 12 Add. Edessae. — *Σεμέλη* B. C. H. XXV 1901, 23; in Bithynia. — *Σεμέλη* Zen. III 94.

Iam in Thracia a Baccho, quod fertilitatis auctor putabatur, etiam liberi exorati,[1]) cum oracula, quae deus per feminas edebat, expleta erant, ei consecrabantur.

Bacchi cultus, quem in duas partes e Thracia emanasse satis verisimile est,[2]) primum quidem in Thessalia non constitisse videtur, quod nobiles ei resistebant; sed inferiore aetate in illa terra, imprimis apud plebem eum valde divulgatum reperimus, id quod e theophoris colligere licet. Deinde per Phocidem, ubi Delphi eum receperunt, diffusus in Boeotiam invasit, qua in terra, cum clarissima dei sedes facta sit, frequentia ac perantiqua sunt theophora ad Bacchum pertinentia.

Ab altera parte Bacchi religio e Thracia evecta omnes peragravit insulas oramque maritimam Asiae Minoris; atque in illis quidem Apollo eodem modo, quo Delphis, novo deo multa concessisse cognomina Bacchi docent *Σμίνθιος* et *Μάντις*.[3]) In interiore autem Asia haud ita magna auctoritate floruisse e theophoris apparet (in Lydia inter theoph. 210 ad Bacchum spectantia 4 + 10, in Pamphylia 65 : 1 + 1, in Isauria 270 : 1 + 10, in Cilicia 220 : 0 + 7); neque enim ei contigit, ut indigenarum deos loco depelleret. Ab Ionibus autem cultus Bacchi Theram[4]) et in ceteras insulas Doricas translatus usque ad Cretam pervenit. A Cretensibus vero et Cyprii[5]) et incolae Peloponnesi eum acceperunt. Sed apud hos illa religio haud multum valuisse videtur; namque non solum nomina stirpem *Διονυσο-* continentia haud frequenter occurrunt, sed etiam ea, quae cum voce *Βάκχος* composita sunt, prorsus fere desiderantur. Haec quidem omnino non longius in meridiem progressa sunt. Quae cum ita sint, mirum est, quod iam septimo a. Chr. n. saeculo Corinthi gentem Bacchiadarum principatum obtinuisse tradunt: qua re opinandum est illos aut ex alia terra Corinthum immigrasse — etenim Mileti

---

[1]) Cf. Herod. V 7; E. Thraemer, Roscher I 1, 1031.

[2]) Cf. O. Kern, Pauly-Wissowa V 1, 1011.

[3]) Cf. O. Kern, l. c. V 1, 1017.

[4]) Cf. Fr. Hiller de Gaertringen: Festschrift für Otto Benndorf 224 ss. Anthister.

[5]) Nunc in inscriptione Cypria, quam ante saeculum quintum incisam esse concludit R. Meister S. B. P. A. 1910, 151, nomen *Διωνύσιος* (vel *Διονύσιος*) repertum est.

quoque Bacchiadas fuisse Hesychius memoriae prodit — aut novo cultui Bacchi imprimis faventes auctoritate sua non effecisse, ut ille Corinthi consisteret.

Sed usitatissima erant theophora a Baccho derivata in Attica; neque ea res quicquam habet miri, quoniam huc duae viae, quibus Bacchi religio dilata erat, conveniunt. Ac frequentissima sunt nomina quoque *Βάκχιος*, *Βακχίς* (nomen meretricum cf. Fr. Bechtel, Attische Frauennamen p. 55 add.) similiaque.

In cultu vero Eleusinio multum valet *Ἴακχος* (*Ἴακχος· αὐτὸς ὁ Διόνυσος* Hesychius, cf. Soph. Antig. 1152), cuius nomen etiam nonnullis Atheniensibus datum est: *Ἴακχος* I. G. III 708; alius 1145; al. 1133. Sed etiam in aliis regionibus occurrit: *Ἴακχος* I. G. IX 1, 708, Corcyrae, 3. sc. a. Chr. n.; Thebanus S. G. D. I. 2223, Delphis, servus; I. G. XIV 1660; 1568? *Ἀλεξανδρεύς* A. M. XXV 1900, 108, Rhodi; *Ἴαχχος* Heb. Wilh. 168; *Αἴλιος Ἴαχχος Δημ*^{0} 408, Thessalonicae; *Ἴακχος* I. G. XII 2, 646 c, F. Bechtel Aeolica 41: alii; accedit *Ἰόβακχος* v. Pape. cf. E. Maass: Orpheus p. 55 s. et 123 ss.

Atque hoc loco de theophororum ad Bacchum spectantium usu nonnulla explicabo. In titulis Euclidis aetate vetustioribus inter centum septuaginta fere theophora iam saepissime (ter decies) occurrunt nomina cum stirpe *Διονυσο-* composita, nullum autem vocem *Βάκχος* continens; usque ad pugnam Actiacam inter c. 2500 theophora extant 286 a Dionyso ducta, 19 a Baccho: temporibus imperatorum numerus eorum valde augetur (inter c. 3600 theophora 514 et 21, ad quae accedunt tres *Ἴακχοι*).

Varia sunt epitheta Baccho, quem Graeci *Διόνυσον* appellant, indita, varia hominum ab iis ducta theophora. Longe usitatissimum est cognomen *Βάκχος*, de quo iam supra satis multa verba fecisse mihi videor. Sequitur, ut aliud afferam, quod inter antiquissima reponendum est: iam in Iliade occurrit illud nomen *Βρησηίς*, quod ad promonturium Bresam in insula Lesbo situm pertinet:[1]) ibi sedes haud ignobilis erat Bacchi, cui cognomen erat *Βρησαγένης* vel *Βρησαῖος*. Illum autem non solum Lesbios,

[1] Cf. Fick B. B. VII 1883, 151 s. Bechtel B. B. VII 1883, 268 s. U. de Wilamowitz: Homerische Untersuchungen 409 s.

sed etiam omnes Aeoles Asiae Minoris veneratos esse iam eo docetur, quod his locis nomina et dei ipsius et hominum inveniuntur[1]):

Βρῆσος Βρήσω I. G. XII 2, 484, 2; in insula Lesbo, aet. imp.[2])
Βρησικλῆς Pap. Americ. sch. I 20. Assi.[3])
Βρησαΐς *Μ. κ. Β. Ε'* 50. B. C. H. V 1881, 325. Maeoniae, ser. aet.[4])

Sed plurimos viros doctos fugit haec nomina, ut opinari licet, iam Aeoles in Asiam emigrantes secum duxisse; nam id quidem his nominibus in Graecia septentrionali repertis demonstrari videtur:

Βρεσάδας I. G. VII 2556 (: *Βρε̄σος*).
Ubi nata est *Βρησαΐς* C. I. G. 2042 (Constantinopoli)?

Ad illa vel ad ea, quae sequuntur, adiciendum est:

Βρεισηΐς I. G. IX 1, 341. Locr. occid.

E litteris electa esse haec nomina verisimile est:

Βρισηΐς Μαραθωνία I. G. III 1827.
Βρισηΐς Ἀλεξανδρῖτις I. G. III 1320.
Βρισηΐς I. G. XIV 2104.
†*Βρεισηίς* I. G. XIV 826, 6.
Αὐρ. Βρεισηὶς ἡ καὶ Ῥωμάνα Hierapolis Jahrb. 126.
Βρεισηὶς ἡ καὶ Σεκοῦνδα I. G. XII 8, Thas. 416, 1. 5.
Κλ. Βρεισηίς Arch. epigr. Mitt. 1885, 119. C. I. G. 4072. Ancyrae.

Quibus usitatiora sunt hominum nomina, quae spectant ad *Ληναῖον, Ζηνὸς Σεμέλης τε γλυκὺν γόνον* (Bulg. 186)[5]):

[1]) Cf. Guil. Schulze G. G. A. 1897, 873s.

[2]) Cf. Guil. Schulze l. c. 879 (*Βρῆσος* > **Βρήσιος*). Magna cunctatione hoc loco affero *Βρήσιος* B. C. H. XXVIII 1904, 254. Panamarae, aet. Rom.

[3]) *Διόνυσος Βρεισεύς* Arch. epigr. Mitt. 1885, 133. Smyrnae. 2. sc. p. Chr. n. — *Διόνυσος Βρισαῖος* C. I. G. 3061. 3160. 3176. 3190. Smyrnae. — *Μυστῶν πρὸ πόλεως Βρεισέων* Le B.-W. 248. Smyrnae.

[4]) Forsitan ex eadem regione orta sit *Βρησαΐς* serva B. C. H. XVI 1892, 225. Olympi, in oppido Lyciae. Incertissimum est nomen *Β[ρή]σων* I. G. IX 1, 112, in Acarnania (cf. *Βρίσων* Macedo, Arrian Anab. III 12, 2).

[5]) Cf. etiam p. 8, adn. 3.

Ληναΐς I. G. IX 2, Phal. 1253.
Ληναῖος A. M. XXV 1900, 35; in Attica. a. 404/403 a. Chr. n.
Ληναῖος I. G. II Add. 1169*b*. *ἄρχων* 469.
Ληναῖος B. C. H. XVI 1892, 159. XI 1887, 256. XXXI 1907, 3?5. (XXXII 1908, 415). Deli, *ἄρχων*.
Ληναῖος Ἀθηναῖος B. C. H. XXXI 1907, 426. Deli.
Ληναῖος Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 31.
Ληναῖος I. G. II 1049.
Ληναῖος I. G. II 1049.
Ληναῖος I. G. II 983 I 110.
Ληναῖος I. G. II 979.
Ληναῖος I. G. II 5, 626*b* 60.
Ληναῖος A. M. XXI 1896, 183; in Attica.
Ληναῖος A. M. XXVI 1901, 313. Athenis.
vicies quater *Ληναῖος* I. G. III.
Ληναΐς I. G. III 1138, 39.
Ληναΐς I. G. III 1091, 38.
Ληνᾶς in num. Mus. Nap. 153. Argi.
Ληνοδώρα (non *Λητοφίλα* v. l.), mater Arati, vit. Arat. 1.
Λήνα Ἀπολλοδώρου Hermes XXVI 1891, 148. Ambraciae; perantiqu.
Λήνα Hermes XXVI 1891, 149. Ambraciae; perantiqu.[1])
Λη[*ναῖος*?] I. G. XII 8, Imbr. 64, 5.
Ληναῖος, pater Dionysii, B. C. H. XI 1887, 256. Deli.
Ληναῖος Cesnola nr. 43. O. Hoffmann Dialekte I, p. 62, nr. 118; in Cypro.
Ληναῖος Imh. Bl. II 73. Lebedi.
Ληναῖος *M. κ. B.* Γ' 122. 123. B. C. H. III 1879, 390, 391. Erythris. a. 274/230 a Chr. n.
Ληναῖος Le B.-W. 1540. Erythris.
Ληναῖος C. I. G. 3330. Smyrnae.
Ληναῖος Hunt. coll. II 354. Mus. Nap. 186. Mileti.
Ληναῖος A. M. XVIII 1893, 269. Mileti, aet. Rom.
Ληναῖος Μιλήσιος I. G. III 2743.
Ληναῖος Μιλήσιος I. G. III 2659. 2749.
Ληναΐς Μιλησία I. G. III 2175.
Ληναῖος Priene 313, 463.
Ληναῖος Anc. Gr. inscr. IV 1, 898. Halicarnassi.
Ληναῖος *M. κ. B.* Ζ' 59. A. M. XI 1886, 415. Thyatirae.
Ληνᾶς *M. κ. B.* Ε' 63. B. C. H. VII 1883, 503. Philadelphiae.[2])
Ἐπιλήναιος Hierapolis Jahrb. 89, nr. 46.
Ληναῖος A. M. XXIV 1899, 205. Prope Pergamum.
Λην[*α*]*ῖος* Lat. I *Ὀλβ*. 18. 3. aut 2. sc. a. Chr. n.
Ληναῖος Ἡροδώρου Lat. I *Ὀλβ*. 114. I 42. 3. sc. a. Chr. n.
Λειναῖος, *Δημ*° 412 aet. Rom.
Ληναΐς I. G. XIV 2414, 39. 2447.
Ληναῖος Syrus D. Sic. XXX 19. Hieron. Ad Daniel. c. 11.
Ληναῖος Ael. De n. an. XI 31.
Ληναῖος Suet. De illustr. gramm. 15. Plin. XV 30, 39. XXIV 9, 41. XXV 6, 27 et saep.
Ληναῖος Anth. VII 292.
Ληναγόρας Maced. 26 (VI 56 Anth.). n. fictum.

[1]) Cf. U. Köhler, Hermes XXVI 1891, 150. M. Nilsson: Griechische Feste 275, adn. 3. I. de Prott A. M. XXIII 1898, 225.

[2]) Nomen **Ληνόδοτος*, quod restituit Buresch (I 6 in Lydia, vide quae annotavit ille vir doctissimus), incertius esse mihi quidem videtur, quam ut ei confidere possim.

Sed etiam alia quoque Bacchi cognomina Graecos ad formanda theophora usurpasse videmus; ac primum quidem *Εὔιον* commemoro et nomina cum illo coniuncta, quorum exempla haec affero:

Εὔιος S. G. D. I. 2340, 9, 11. Delphis.
Εὔιος I. G. II 1247, *Χαλκιδεύς*. Athen. XII 538 f. Plut. Eum. 2. Regg. apophth. Alex. 20.
Εὔιος I. G. II 3697.
Εὔιος Κορίνθιος I. G. VII 1721.
Εὔιος Εὐΐου P. H. 259. Coi.
Εὔιος Cesnola 14, in Cypro.
Εὔιος Oesterr. J. XIII 1910, addit. 62. Erythris.
Εὔιος *M. κ. B. Z'* 93. Smyrnae
Εὔιος (sic lego) *Τραλλ°* 93.
Εὔιος Imh. Bl. IV 60, in Lycia.
M. Οὐλκάκιος Εὔιος A. M. XVI 1891, 438. Cyzici.
Εὔιος Lat. II 29 *C*. 67 (Panticapaei). 423. 448. [450?] (Tanaide).
Εὔιος Lat. II 454. Tanaide.
Εὔιος Lat. II 428; ibidem.
Εὔιος Lat. II 443; ibidem.
Εὔιος Lat. II 29 *A*. Panticapaei.
Εὔιος Lat. II 445. 446. Tanaide.
Εὔιος Lat. II 442; ibidem.
Εὔιος Θρᾶιξ S. G. D. I. 2263 servus, Delphis.[1])
Εὔιος I. G. XIV 2393, 249.

Nomina igitur, quae ad epithetum *Εὔιος* spectant, praecipue in patria Bacchi in usu fuerunt.

Cum illo in paeane Delphico cognomen *Βρόμιος* conexum est; atque ad hoc quidem pertinent hominum nomina haec[2]):

Βρόμιος I. G. IX 2, 1. Mel. 207 *d*.
Βρόμιος I. G. IX 2, Lar. 973.
Βρόμιος S. G. D. I. 1804, 3. Delphis.
Βρόμιος I. G. VII 2781.
Βρόμιος Θεσπιεύς B. C. H. XIX 1895, 343.
Βρομιάς I. G. VII 869.
Βρομίδας I. G. VII 537.
Βρόμιος I. G. II 733 *b*.
Βρόμιος I. G. II 3561.
Βρόμιος I. G. III 1035.
Βρόμιος I. G. III 1169.
Βρόμιος (?) I. G. III 1317.
Βρόμιος Ἡρακλεώτης I. G. II 470.
Βρόμιος Ἡρακλεώτης I. G. III 2448. 2434. Pater sequ.:
Βρομία I. G. III 2434.
Βρόμιος Διονυσοδώρου Ἡρακλεώτης I. G. III 2435.
Βρόμιος I. G. IV 894, 64. filius sequ.
Βρόμιος I. G. IV 894, 64.
Βρομιάς B. C. H. XXVII 1903, 74. Deli.
Βρόμιος I. G. XII 3, merc. Pt. Ther. 327, 237.
Βρόμιος I. G. XII 1, A 1271 mercator. A. M. XXI 1896, 130, in amph. Att.
Βρόμιος I. G. XIV 2393, 182.
Βρόμιος J. H. S. XIX 1899, 112, in Galatia.
Βρόμιος J. H. S. VIII 1887, 242, in Phrygia.
Βρόμιος A. M. XXII 1897, 483, in Phrygia.

[1]) *Εὔια* oppidum Macedoniae D. Sic. XIX 11.
[2]) Cf. A. Fick: Wochenschrift für klass. Philologie 1907, 92.

Βρόμιος pater Dionysii, Pap. Americ. sch. II 106; B. C. H. II 1878, 256; C. I. G. 4367, in Phrygia.

Βρόμιος Ἀγκυρανός I. G. III 2225.

Βρομιὰς Πάριδος Ἀλεξανδρέως I. G. III 2246.

Persimilis est sententia alius cognominis Bacchi (et Apollinis, cf. *Ἀπόλλων Θύιος* Mileti, Hesychius), a quo non solum mensis, sed etiam hominum nomina derivata sunt; quamquam mensis *Θύιος* vel *Θῦος* (A. M. XXXIII 1908, 294, in Thessalia) finibus Boeotiae Thessaliaeque inclusus est, tamen hominum theophora etiam alibi inveniuntur:

Θυιωνίδας I. G. IX 1, 446, in Acarnania.

Θύων Num. Z. X 31, in Acarnania.

Θυΐων Βουκάττιος Ἐρχομένιος I. G. VII 3181.

Θυίων I. G. II 208 (cf. *Βουκάττης* in Attica!).

Θύων I. G. II 868.

Θυαίνη I. G. II 754, 755, cf. Bechtel: Die attischen Frauennamen, p. 52, adn. 1.

Θυιωνίδας Lacedaemonius B. C. H. III 1879, 13. S. G. D. I. 4415. Deli.

Θυωνίδας Le B.-F. 352 *h*. Mantineae. a. 61 a. Chr. n., f. sequ.

Θυωνίδας Le B. F. 352 *h*. Mantineae.

Θύων S. G. D. I. 5045, in Creta. 2. sc. a. Chr. n.

Θυία S. G. D. I. 4961 *c*, in Creta (cf. *Καλλίθυια* in Argolide Plut. apud Eus. Pr. ev. III 8, p. 99).

Θυωνίδας Rhodi, Hesychius, cf. de Wilamowitz: Textgeschichte d. griech. Bukoliker p. 255.

Θυΐλλος Le B.-W. 483. Mylasae.

Θύων C. I. G. 5250. Cyrenis.

Θυωνίδης I. G. XII 8, Thas. 280, 6.

Θυώνιχος Theocr. id. XIV 1, 3.

Ac iam accedamus ad nomina pertinentia ad celeberrimum diem festum Anthesteriorum, quae, quamquam etiam ad alios deos revocari possunt, hoc loco commemorare liceat; nomina hominum autem, quae ad illa spectant, sunt haec:

Ἀνθεστήριος I. G. II 445, idem 975, *ἄρχων*.

Ἀνθεστήριος B. C. H. III 1879, 313, *ἄρχων*. Deli.

Ἀνθεστήριος Ἀνθεστηρίου I. G. II 465.

Ἀνθεστήριος I. G. II 478.

Ἀνθεστήριος I. G. II 420. 952, 8.

Ἀνθεστήριος B. C. H. XVI 1892, 372. Atheniensis, Deli.

Ἀνθεστήριος I. G. II 953.

Ἀνθεστήριος I. G. II 471.

Ἀνθεστήριος Ἀνθεστηρίου Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tomo III, fasc. II 49.

Ἀνθεστήριος Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 30.

Ἀνθεστήριος I. G. III 3317. 3857.

Ἀνθεστήριος I. G. III 1091.

Ἀνθεστήριος I. G. III 1539.

Ἀνθεστήριος I. G. III 1035. 1114.

Ἀνθεστήριος I. G. III 1881.

Ἀνθεστήριος I. G. III 1112.
Ἀνθεστήριος I. G. III 1085.
Ἀνθεστήριος I. G. III 1100.
Ἀνθεστήριος I. G. III 1092.
Ἀνθεστήριος I. G. III 2061.
Ἀνθεστήριος I. G. III 1124.
Ἀνθεστήριος I. G. III 1093.
Ἀνθεστήριος I. G, III 1095.
Ἀνθεστήριος Atheniensis Le B.-W. 120. Tei.
Ἀνθεστήριος *M. κ. B. B' β'* 55. Maeoniae.
Ἀνθεστήριος *M. κ. B. Γ'* 175. Smyrnae.
Ἀνθεστήριος Wil. Nordion. St. p. 69. Erythris. 1. sc. a. Chr. n.
Ἀνθεστήριος Μιλήσιος I. G. II 470.
Ἀνθεστ . . . C. G. C. Caria 205. Coi. a. 166/88 a. Chr. n.
Ἀνθεστήριος Lat. II 123. Panticapaei.
Ἀνθεστήριος Lat. II 75. Panticapaei.
Ἀνθεστήριος Lat. IV *Γοργ.* 432 A, I 44.
Ἀνθεστήριος Bulg. 438.
Ἀνθεστήριος Bulg. 242. 5./4. sc. a. Chr. n.
Ἀνθεστήριος Bulg. 263.

Eadem ratione hoc loco mentionem facio diei festi, qui *Θεοδαίσια* appellatur; ad eum quoque spectant nonnulla nomina hominum:

Θεόδαισις I. G. II 5, 4129 *b*.
Θεοδαίσιος I. G. XII 5, 925. 2./1. sc. a. Chr. n. *Theodosia* igitur, quod praebent codices Plin. II 106 (Andri), in *Theodaesia* corrigendum esse apparet.[1])
Θευδαίσιος Εὐ(ε)σπερίτης Murray Cyprus p. 97. Amathunte.

Sed ambigua sunt:

Θευδαίτης Hunt. coll. II 306, no. 3. Cymis. 320/250 a. Chr. n. Z. Num. Berl. XX 279, no. 25 *Θεοδαίτης*.
Θουδαίτης Διομειεύς I. G. II 5, 50 *b*.
(cf. *Πανδαίτης* I. G. II 1395 et *Δαίτας* I. G IV 826).

Etiam ad Agrionia, diem festum Bacchi, nomina hominum pertinuisse hoc exemplum docet:

Ἀγριώνιος Ἐρχομένιος I. G. VII 3219.[2])

Sed utrum nomen *Τύρβις* I. G. IV 991 cum festo Bacchi, qui *Τυρβάσια* (in Argolide) appellabatur, coniungendum sit necne, equidem in medio relinquo.[3]) Certius autem de nomine *Λιμ-*

[1]) *Θευδαίσιος Διόνυσος* in Creta, Hesychius. — *Θεοδαίσια* B. C. H. XIII 1889, 61, in Creta. — Mensis *Θεοδαίσιος* in insula Lesbo et alibi.

[2]) *Ἀγριώνια* I. G. VII 2447, Thebis. — Mensis *Ἀγριάνιος* Rhodi, saepe; sic legendum est A. M. XXIII 1898, 232. Idem mensis in Messenia A. M. XVI 1891, 353.

[3]) Cf. *Κύβερνις* Imh.-Bl. I 288, Erythris, *Κύβερνις Ἀλμούσιος* B. C. H. V 1881, 307, Delphis, al.; sed *Κυβερνίσκος* Lycius Her. VII 98.

ναῖος iudicatur, etiamsi Dianam quoque *Λιμναίαν* cognominatam esse oblivione non est obruendum. Cuius, cum nolimus morari in congerendis exemplis omnibus, testimonia plurima afferre satis habemus [1]:

Λιμναῖος I. G. II 1011.
Λιμναῖος I. G. III 1019.
Λιμναῖος I. G. III 2293.
Λιμναῖος I. G. IV 823, 24, 25.
Λιμναῖος Anc. Gr. inscr. II 298. S. G. D. I. 3590. Calymnae.
Λιμναῖος *M. κ. B. A'* 79. Smyrnae.
Λιμναῖος C. G. C. Ionia 59. Ephesi. 3. sc. a. Chr. n. alt. p.
Λιμναῖος Le B.-W. 291. 292. Iasi.
Λιμναῖος *Διονυσίου* A. M. XIV 1889, 381, 383. Olymi.
Λιμνάος Lanck. Pamph. I 64.
T. Αὐρ. Λιμνε͂ος B. C. H. XI 1887, 472. prope Thyatiram.
Λιμναῖος B. C. H. VII 1883, 301. Synnadis.
Λιμναῖος B. C. H. XI 1887, 220. Synnadis.
Λιμναῖος A. M. XXXII 1907, 325. Pergami.
Λιμναῖος *M. κ. B. A'* 132, in eadem regione.
Λιμναῖος *M. κ. B. A'* 132, ibidem.
Λιμναῖος, sic fort. legendum est Lat. II *Γοργ.* 402. 403 (?) (Lat.: *Λίμνακος*). Tanaide.
Λιμναῖος Lat. IV *Γοργ.* 432 A I 15.
Λιμναῖος Pol. V 90, in Asia.
Λιμναῖος *Δημ°* 71, in Thracia.
Λιμναῖος Pol. XXIX 3. Macedo.
Λιμναῖος legatus Philippi Pol. XVIII 17. Macedo.
Λιμναῖος Plut. Alex. 63. Alex. fort. I 2. II 13. Macedo.

Atque alius cognominis Dianae quoque Bacchus est particeps, ad quod pertinere haec nomina verisimile est:

Αναῖος Le B.-F. 340 *d*, in Arcadia.
Κάσσιος Αναῖος B. C. H. XXIV 1909, 383, in Bithynia.
Αναῖος Suidas.

Cum ut Apollini laurus, ita Baccho hedera sacra habeatur, etiam ratio quaedam intercedit inter Bacchum et nomina huius generis:

Κίττος I. G. VII.
Κίττος, Κίσσος I. G. II et III.
Κιττίης Styraeus S. G. D. I 5345, 24.
Κισσῆς, rex Thraciae, iam in Iliade (*Λ* 223) commemoratur.
Κισσοφάνης Μητροδώρου A. M. XXX 1905, 329. in Bithynia.
Κισσεύς I. G. VII 1143.
Κισσίων B. C. H. XI 1887, 476, prope Thyatira, aet. Rom.

[1]) *Λιμναία*, vici in Acarnania et in Argolide.

Quibus nominibus addo alia, quae quodam pacto conexa sunt cum Bacchi cultu:

Σταφύλης, Στάφυλος, Σταφυλίς, Εὐστάφυλος Alciphr. III 22.
(*Διόνυσος Εὐστάφυλος* in Boeotia, cf. *Εὔσταχυς* Alciphr. III 18.)
Νυσαῖος (filius Dionysii tyranni) nomen suum ab oppido vel monte Nysa duxisse videtur.[1])

Neque omittam nomina frequentissima *Σάτυρος, Σατυρίων*, quae simili ratione a Graecis intelleguntur atque *Πάταικος, Παταικίων, Παταικίσκος*.[2]) Atque omnia eius modi in easdem terminationes exire cognoscimus.

Ἥφαιστος.

Volcani originem ex aetate, qua Graeci cum Indis, Persis, Germanis aliisque gentibus erant coniuncti, repetere nostro aevo ineptum putatur neque hoc loco ad illam rem recurrendum est. Sed quibus in Graeciae regionibus illius dei cultus ortus sit, etiam hodie magna versantur in dissensione viri docti. Quam rem ut indagemus, non levis ponderis est examinare, ubi theophora a Volcano derivata occurrant. Ac primum quidem theophora ad Volcanum spectantia esse usitata reperimus in Attica, qua in terra ei fuisse magnum atque insignem cultum multis et certis testimoniis nobis confirmatur.

Ἡφαιστίων I. G. I 439.
Ἡφαιστ-, *Ἡφαιστιάδης*, *Ἡφαιστίων* septies, *Ἡφαιστοδ--*, *Ἡφαιστόδημος*, *Ἡφαιστόδωρος* bis — I. G. II 1—4. Vide indicem Kirchneri p. 24.
Ἡφαιστόδωρος Atheniensis And. I 15.
Ἡφαιστόδωρος Atheniensis Rev. ét. gr. XVII 1904, 2.
Ἡφαιστίων Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 49.
Ἡφαιστ- I. G. II 5, 1002*b* 2,
Ἡφαίστιος I. G. II 5, 1406*c*.
Ἡφαιστίων I. G. II 5, 768*b*, A col. II 17.

[1]) Cf. O. Kern, Pauly-Wissowa V 1, 1035. Vide etiam L. Malten, Archiv für Religionswissenschaft XII 1909, 268 ff.

[2]) *Σατυρίων Παταίκου* Lat. II 10. S. G. D. I. 5559. 4. sc. a. Chr. n.

Ἡφαιστόδημος I. G. II 5, 185 *b*, idem II 185. 186. 188.
Ἡφαιστόδωρος I. G. II 5, 2653 *b*.
Ἡφαιστόδωρος I. G. II 5, 614 *b* 82.
Ἡφαιστόδωρος I. G. II 5, 871 *b* 23.
Ἡφαιστόδωρος I. G. II 5, 1009 *b* 4; 7.
Ἡφαιστίων Atheniensis B. C. H. IV 1880, 220. 221. XI 1887, 256. 262.
Ἡφαιστίων B. C. H. VI 1882, 321. Atheniensis.
Ἡφαιστίων B. C. H. VI 1882, 321. Atheniensis.
Ἡφαιστίων B. C. H. XI 1887, 258, 259. Atheniensis, Deli.
Ἡφαιστίων B. C. H. X 1886, 258. Atheniensis, Deli.
Ἡφαιστίων B. C. H. XV 1891, 257. Atheniensis, Deli.
Ἡφαιστίων B. C. H. XVI 1892, 153. Atheniensis, Deli.
Ἡφαιστίων B. C. H. XXIX 1905, 235. B. C. H. XV 1891, 258. Atheniensis. 2. sc. a. Chr. n. alt. p.
Ἡφαιστίων B. C. H. XXXII 1908, 437. Atheniensis, Deli.
Ἡφαιστίων B. C. H. XXXII 1908, 441. Deli.
Ἡφαιστίων Ἡφαιστίωνος Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 33.
Ἡφαιστίων I. G. III 1256.
Ἡφαιστίων I. G. III 1675.
Ἡφαιστίων I. G. III 1675.
Ἡφαιστίων I. G. III 1092.

Auctoritas igitur dei imperatorum Romanorum aetate valde minuitur.

Nominibus ex Attica allatis addo Euboica:

Ἡφαιστίων Ἐφ. ἀρχ. 1892, 137. 1895, 144. S. G. D. I. 5312. a. 308/304 a. Chr. n.
Ἡφαιστίων S. G. D. I. 5313, 67, in. 3. sc. a. Chr. n.
Ἡφαιστίων Ἐφ. ἀρχ. 1892, 162.
Ἡφαιστίων Ἐφ. ἀρχ. 1895, 134.
Ἡφαιστίων Ἐφ. ἀρχ. 1899, 147.
Ἡφαιστ- Κηρίνθιος (?) I. G. II 963, 12.

Una cum Volcano Athenienses Minervam venerabantur, quacum in multis fabulis Atticis est intima consortione coniunctus; inde fit, ut in zophoro Parthenonis iuxta Minervam sedentem conspiciamus Volcanum.

Si autem in Boeotiam Thessaliamque et in reliquam Graeciam septentrionalem transimus, satis raro nomina a Volcano ducta nobis occurrunt, quorum dimidia modo pars formam dialecticam servavit:

Ἡφαιστᾶς I. G. IX 2, Lar. 646. 2. saec. p. Chr. n.
Ἁφηστία Thisbea I. G. VII 2264.
Ἁφηστίων I. G. VII 4172. Ἀνθαδώνιος.
Ἁφηστίων I. G. VII 3175. Ἐρχομένιος.
Ἁφηστίων I. G. VII 1752. Θεσπιεύς.

Ἡφαιστόδωρος Ὠρώπιος I. G. VII 381.
Ἡφήστιχος I. G. VII 1068. Tanagraeus.
Ἁφηστόδωρος I. G. VII 2433. *Θειβῆος*.

Tamen incertum est, utrum homines illi indigenae sint an advenae; nam in his regionibus multos homines, quorum in titulis mentio fit, libertinos putandos esse, etiamsi nihil in lapidibus additum est, nonnulla docent nomina barbara, quae nusquam nisi in Asia Minore reperiuntur.[1])

In I. G. IV unum nomen ad Volcanum pertinens reperimus: *Ἡφαίστιος* I. G. IV 85. Neque vero hoc homini Peloponnesiaco attribuendum est, sed viro Aeginae nato, quam in insulam fortasse cultus Athenis transmigravit.

Neque ullum extat in Argolide, cum nemo *Ἡφαιστόδωρος* vel *Ἡφαιστίων* ibi commemoretur, Volcani religionis satis certum documentum. Nunc dixerit quispiam Volcano diem festum Epidauri actum esse; sed optime iam Nilsson ea, quae in inscriptione huc pertinente I. G. IV 932 legerentur, incertissima esse monstravit.[2]) Ex reliquis omnibus Peloponnesi partibus unum nomen mihi afferendum est, quod in inscriptione Dymis, in oppido Achaiae, reperta occurrit:

B. C. H. II 1878, 44 = S. G. D. I. 1612 B 81.

Quo in titulo litterae *φαιστος* leguntur; neque dubium est, quin falsum sit, quod I. Martha supplevit: *Ἥφαιστος*. Saltem scribendum est *Ἅφαιστος*, quod recte restituit Fick. Sed num re vera in titulo Achaico, quem tertio ante Christum natum saeculo incisum esse coniecerunt Fick et Dittenberger, dei ipsius nomen homini impositum inveniatur, facere non possum, quin dubitem. Mihi quidem videtur aut aliud nomen (fortasse in *-λιστος* exiens, cf. F. Bechtel Hermes XXXIV 1899, 399 adn. S. G. D. I. 2502 Delphis *Θεόλιστος*) proponendum

[1]) Ut exempla afferam, in Thessalia occurrunt: *Μάης* I. G. IX 2, m. Lar. 562, 8. — *Νάνα* I. G. IX 2, m. Lar. 568, 29. Cf. Guil. Schulze M. Rh. XLVIII 1893, 253.

[2]) Forsitan rectius sit scribere *Γεραιστίοις*; Neptunum enim, cui cognomen erat *Γεραίστιος*, in illis ipsis regionibus cultum esse iam p. 74, adn. 3 demonstravimus. Dies festus eius commemoratur in scholio Pind. Ol. XIII 159. Sed, quia spatium huic nomini sufficere non videtur, illud in medio relinquo.

esse aut, si locus non sufficit, illa coniectura Fickii accepta nomina, quae ille catalogus exhibet, ex aliena regione tracta esse colligendum, id quod Ἀμμώνιος quoque haud improbat. Nec vero illo nomine efficitur, ut in Achaia Volcano cultum fuisse opinemur.

In Macedonia autem et in Thracia haec nomina theophora, quae ad Volcanum spectant, reperiuntur:

Ἡφαιστίων, amicus Alexandri, Pellaeus D. Sic. XVII 37—114.
Ἡφαιστ ... Bulg. 255.
Ἡφαιστίων Bulg. 134.
Ἡφαιστίων Arch. epigr. Mitt. XIV 1891, 25. Tomis.

In inscriptionibus vero orae septentrionalis Ponti Euxini bis nomen Ἀφαιστόδωρος invenitur

Ἀφαιστόδωρος Lat. I *Χερσ.* 226 *a*.
Ἀφαιστόδωρος Lat. IV *Χερσ.* 80 B 1, 2,

in altera est perspicuum, in altera incertum, sed cum aliqua fide restitutum, quod eiusdem hominis mentio fieri videtur. Utraque a Chersonneso Taurica originem ducit et ad extremam partem tertii a. Chr. n. saeculi aut ad prima decennia secundi est referenda.

Sed ad insulas et continentem Asiae Minoris transgressis nobis nomina ad Volcanum pertinentia frequentissime occurrunt. Et in carminibus quoque Homericis Volcanus unicus est filius, quem Iuppiter atque Iuno genuerunt, et permagni est momenti persona, quam suscepit. In eadem regione qua Homeri Ilias ortus est Alcaei hymnus, de quo disseruit Wilamowitz N. G. G. 1895, 217 ss.; sed hoc quidem mihi esse dubium videtur, num Volcani cultus re vera ex insula Lemno emanaverit. Nonne fieri potuit, ut postea demum ad Mosychlum montem annexus sit simili ratione atque ad Aetnam Siculus?[1]) Etenim eum non solum cum Lemno coniunctum, sed etiam multo longius dilatum lateque per Asiae oras propagatum fuisse neque alienum a Lyciae, Cariae, Phrygiae gentibus docent cum alia documenta, tum nomina theophora:

[1]) In Italia et in Sicilia haec nomina, quae ad Volcanum spectant, reperiuntur: *Ἡφαιστᾶς* I. G. XIV 1643 (Romae). — *Ἡφαιστίων* I. G. XIV 701 (Neapoli). 2393, 268 (Centuripis). 269 (Syracusis). 2537 (orig. incert.).

Ἁφαιστίων I. G. XII 1, 761, 22.
Ἁφέστιος mercator I. G. XII 1, A 1269 not.
Ἡφαιστίων C. G. C. Caria 252. Rhodi, a. 189/166 a. Chr. n.
Ἡφαιστίων P. H. 205.
Ἡφαιστίων Herzog 146.
Ἡφαιστίων I. G. XII 3, Ther. 885 || 339, 22.
Ἡφαιστίων I. G. XII 3, Mel. 1215.
Ἡφαιστίων I. G. XII 5, 882, 16. Idem 883, 14. 1. sc. a. Chr. n.
Ἡφαιστίων I. G. XII 5, 897.
Ἡφαιστίων I. G. XII 5, 937.
Ἡφαιστίων S. G. D. I. 5706. Sami. 5. sc. a. Chr. n. pr. p.
Ἡφαιστόπολις Samius Herod. II 134.
Ἡφαιστίων (?) Paspates Νικ. p. 406. 417.
Ἄφαιστις I. G. XII 2, 535.
Ἀφαιστίων I. G. XII 2, 646, 13.
Ἡφαίστιος I. G. XII 8, in ansa Jurgewitsch XVIII 100, 36—37.
Ἡφαιστίων Revue de philol. 1902, 132 = C. I. G. 2879. Lepsiae.
Ἡφαιστίων Μ. κ. Β. Γ' p. 184. C. I. G. 3141. 3142 (bis). Smyrnae.
Ἡφαίστιος? Smyrnaeus Mionnet S. VI 305. (Mionnet: Ἡφαίστριος.)
Ἡφαιστίων Le B.-W. 222. J. H. S. VI 1885, 352. Branchidis.
Ἡφαιστίων A. M. XXI 1896, 153. 174. Cnidius, amph. Athenis rep.
Ἡφαιστίων Oesterr. J. XI 1908, 63. Halicarnassi.
Ἡφαιστίων Καύνιος I. G. XII 8, Samothr. 170, 47.
Τιβ. Κλαύδιος Ἡφαιστίων Magnesia 162, 4.
Ἡφαιστίων B. C. H. X 1886, 488, in Caria. a. 75 a. Chr. n.
Ἡφαιστίων Rev. ét. gr. XIX 1906, 122. Aphrodisiade.
Ἡφαιστᾶς B. C. H XIV 1890, 234; inter Aphrodis. et Nysam.
Ἡφαιστίων C. G. C. Caria introd. XXXIV Aphrodis. et Plarasa. Imh.-Bl. I 305.
Ἡφαιστίων Ἀσπένδιος I. G. II 2837.
Ἡφαιστίων Ἀσπένδιος I. G. XII 3, 831.
Αὐρ. Ἡφαιστοκλῆς Lyc. II, II 83.
Ἡφαίστιος Καλυνδεύς I. G. XII 3, 1291.
Ἡφαιστίων Le B.-W. 1346. Olympi (ibi cultus celeberrimus Volcani).
Ὑφιστότυχος Lanck. Pamph. II 178, in Pisidia.
Ἡφαιστίων C. G. C. Lydia, Daldi. Tranquillina imperatrice. Imh.-Bl. III 62.
Ἡφαιστίων C. G. C. Lydia XCIX. Mionnet S. VII 413. Sardibus.
Ἡφαιστίων A. M. VIII 1883, 319. Τραλλ° 18. Pater Tib. Cl. Hephaestionis.
Ἡφαιστίων Μ. κ. Β. Α' 131. Le B.-W. 649. Philadelphiae, aet. Rom.
Ἡφαιστίων Buresch I, 27.
Ἡφαιστίων C. G. C. Phrygia 276. Nero et Iulia imper.
Ἡφαιστίων A. M. XXVII 1902, 127. Pergami.
Ἥφαιστος A. M. XXXII 1907, 462. Pergami.
(Ἡφαιστίων [artifex] Perg. 46 *a*.)
Ἡφαιστίων Imh.-Bl. II, 11. Adramyttii. Caracalla imp.
Ἡφαιστίων Ἀπαμεύς B. C. H. IX 1885, 172. Nécr. Myr. 115.
Ἡφαιστόλεως C. G. C. Troas 3. Hermes VII 1873, 49. Abydi. a. 320/280 a. Chr. n.
Ἡφαιστογένης Pap. Americ. sch. I, p. 54. Assi, ser. aet.
Ἡφαιστίων Schliemann: Bericht über d. Ausgr. 1890, p. 37. Michel: Recueil 667 B. Ilii.
Ἡφαιστᾶς C. I. G. 4716, Add. 53. Deli (unde?).

Ubi patria sit Volcani, nunc explicare conabor viam ingressus, quam nobis iam monstravit A. Fick.[1])

Rationem quandam intercedere inter Volcanum et deos, quibus nomen est *Τελχῖνες* (vel *Θελγῖνες*), eumque olim unum fuisse e numero illorum, qui paulatim auctoritatem adeptus denique in Olympios receptus esset, iam perspicuit U. de Wilamowitz. Longius autem quam ille progressus cum Volcano composuit Fick deum Creticum, qui nominatus est *Fέλχανος* (Hesychius **Γέλχανος* pro *Fέλχανος*); ei a Lyttiis dies festus *Βελχάνια* (i. e. *Fελχάνια*) agebatur imagoque eius nummis oppidi Phaesti[2]) imprimebatur (*Βελχάνια* Lytti B. C. H. XIII 1889, 61; *Fέλχανος* Phaesti C. G. C. Crete 63. a. 431/300 a. Chr. n. Svoronos Creta 259; ibidem alia inscriptio reperta est: *Fεύχανος* prope Phaestum Rendiconti XIV 381), mensem autem, qui ad eum pertinet, Gortynae et Cnosi invenimus (S. G. D. I. 4963 *Fελχάνιος*; B. C. H. XXIX 1905, 204. nr. 67 *Ἐλχάνιος*). Cui deo, etsi nulla ex re eum esse Volcanum colligere possumus, nisi forte caput eius pileo tectum esse putaveris,[3]) nomen persimile esse atque Volcano animadvertit Fick. Huc accedit, quod in aliis nummis Phaestiorum eiusdem aetatis *Τάλως* effictus est (C. G. C. Crete 64, Svoronos Creta 264, a. 431/300 a. Chr. n.), eumque vel comitem vel patrem Volcani fuisse memoriae proditum est, antiquissimis autem temporibus Cretenses eum ut Solem esse veneratos docent et alia et Hesychii glossa *τάλως· ὁ ἥλιος*. Cuius nomen quin eadem ratione atque *Μίνως* indigenarum linguae attribuendum sit, ego quidem non dubito. Vocem autem *Fέλχανος* Fick interpretatus est comparato verbo Indico *ulka-*, et haec, ut erant sagaciter exposita, non paucos nacta sunt sponsores; sed dialectus Cretica, quae tum plane fere erat ignota, ex hoc tempore tot titulis in illa insula repertis adeo innotuit, ut nos nunc de quarta littera verbi **Fέλκανος* aliter iudicare coactos — illam enim non littera *κ*, sed *χ*, cui numquam respondet Indica

[1]) B. B. III 1879, 167.

[2]) Ad illud spectare videtur nomen *Φαιστιόντας* S. G. D. I. 5097 Lytti, S. G. D. I. 5028 Gortynae, quocum comparandum est *Ὀρθόντας* S. G. D. I. 4947. Cf. Plat. Cratyl. 407 E: *οὐκοῦν οὗτος (Ἥφαιστος) μὲν πάντι δῆλος Φαῖστος ὢν τὸ η προσελκυσάμενος.*

[3]) Cf. Head H. n. p. 402.

k, ubique scribendam esse docent inscriptiones — ab hac etymologia discedere necesse sit eademque de causa Apollinem *Βελχάνιον* in titulo Cretensium Magnesiae repertum (Magnesia 20) huc pertinere mihi quidem improbetur; unde Apollinem cognomen illud duxisse suspicer, iam p. 75, adn. 6 adnotavi.

Compedibus igitur, quae Velchanum cum vocibus Indogermanicis copulare videntur, perfractis circumspectandum est, num alia nobis praebeantur praesidia, quibus illius dei origo possit explorari. Ac primum quidem etiam alia in regione deum *Ϝέλχανον* adoratum esse cognoscimus. In insula enim Cypro inscriptio reperta est, in qua et alia extant hominum nomina et *Ϝαλχάνιος*.[1]) Neque vero is, qui perlegerit commentariolum egregium, quod scripsit Joannes Schmidt (K. Z. XXXII 1893, 321 ss.), dubitabit, quin illud nomen ad deum Cretensium, de quo hoc capite agitur, pertineat (cf. *Μαλαγκόμας* pro **Μελαγκόμας* Tegeae, O. Hoffmann, Dialekte I, p. 31, nr. 35).[2]) Voces autem *Ἥφαιστος* et *Ϝέλχανος*, cum e lingua Graeca non intellegantur, fortasse genti Eteocretensium attribuendae sunt. Atque inter vocabula eiusdem linguae verbum *σμίνθος* referendum esse non solum propterea suspicor, quod Apollo *Σμίνθιος* imprimis in iisdem regionibus ac Volcanus colebatur eiusque religio ibi maxime florebat, sed etiam inde apparet, quod Hesychius hanc glossam memoriae prodit: *σμίνθος · μῦς. Κρῆτες* (i. e. *Ἐτεόκρητες*?), quae non casu simillima esse mihi videtur verbis indigenarum Graeciae (cf. *Ὑάκινθος, Προβάλινθος*). Quae cogitatio cum nos ad alias auferat coniecturas, nunc etiam longius progrediamur ac demonstremus, quomodo Volcanum, deum Romanorum, cum illo numine Eteocretensium et Cypriorum conexum esse explicetur! Quod ut pervestigemus, nomina Romanorum, quae stirpem Volcano- continent, nobis perlustranda sunt. Ac primum quidem *Volcanium* vix a Volcano separari posse elucet. Sed illud hominis nomen idem esse, quod Etruscum *velχanei*,[3])

[1]) O. Hoffmann, Dialekte I 82, nr. 160.

[2]) Haec dum exarabam, nesciebam hoc idem ante me proposuisse Augustum Fick, cf. G. G. A. 1891, 204 s. Nunc idem censet R. Meister, Berichte d. Kgl. Sächs. Ges. d. W. LXII 1910, 238 s.

[3]) C. I. E. I 389: *fasϑi velχanei*, in operculo ossuarii.

demonstravit Guilelmus Schulze in libro egregio, quem condidit de Romanorum nominibus propriis (Zur Geschichte der lateinischen Eigennamen, p. 391). Huic nomini accedit *śminϑinal*, (*sminϑinal*, *isminϑians* [?]),[1] quod ad *sminϑe* redire veri est simillimum (Guil. Schulze l. c., p. 473). Si autem gentes Italicae illa nomina a Tuscis acceperunt, illos quoque deos eodem modo, quo Neptunum,[2] ex Etruria ad eas transisse existimo; namque similitudo, quae est illis hominum cum deorum nominibus maior est quam quae non theophora putemus.[3])

Tamen vocem Tuscorum *velχ(ans)* significare Ἡφαιστον, quod hic deus in speculis Etruscis *seϑlanś* nominaretur, negavit Gustavus Körte.[4])

[1]) C. I. E. I 3737: *ls cai cestna ls sminϑinal*, in operculo ossuarii; C. I. E. I 3738: *larϑia caia ls śminϑinal*, in ossuario; C. I. E. 5201: *sminϑe*; in inscriptione Oscorum Capuae reperta: *Vibis Smintiis* (alia exempla cf. ap. Guil. Schulze l. c.); *isminϑians* (?) Etr. Forschungen u. Studien II 24 s., hoc nomen continet litteram *i* antepositam, quam in aliis quoque linguis reperimus, in lingua Arabum *'iflāṭūna* (et *'aflāṭūna*). in inscriptionibus Asiae Minoris legitur

Ἰστρατονείκη J. H. S. XIX 1899, 304, in Galatia, aet. Christ. ser.,
ἰστοργῆς J. H. S. XIX 1899, 306,
Ἰστεφανίων Arch. epigr. Mitt. 8, 194, in Pisidia.

Illa nomina Tuscos a Cumanis accepisse non verisimile mihi videtur.

[2]) Thulin: Die Götter des Martianus Capella und der Bronzeleber von Piacenza, Religionsgeschichtliche Versuche u. Vorarbeiten III, 1, 26, 3. G. Körte, Röm. Mitt. XX 1905, 364; Pauly-Wissowa VI 1, 767.

[3]) Posteaquam haec omnia mihi in mentem venerunt, O. Augustus Danielsson maxima benevolentia mecum communicavit Fέλχανον, deum Cretensium, atque Apollinem Sminthium iam a Guilelmo Deecke (Deecke-Pauli: Etruskische Forschungen und Studien II 24. Deecke: Etruskische Forschungen IV 53) et ab E. Lattes (Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei, classe di scienze morali, storiche e filologiche, serie quinta, vol. II, Roma 1893, 1026, vol. III, 1894, 51, 112, 117 = editio separata: Di due nuove iscrizioni preromane, Roma 1894, 75, 128, 171, 176) cum diis Tuscorum coniunctos esse; sed illi viri docti, quippe qui Tuscos cum gentibus Indogermanicis, quae vocantur, confunderent, eam rem non satis planam reddidisse mihi videntur.

[4]) In iecore aeneo Placentino a Gustavo Körte litterae *velχ* in *vel* correctae sunt (Römische Mitteilungen l. l. p. 365): quae cum ita sint, tamen nescio an illae nomen **velχans* decurtatum significent. Sed omittam has res, cum in iis peregrinus sim. Inscriptio autem vasis

Sed nonne fieri potuit, ut apud Tuscos eadem ratione atque apud Phaestios numina inter se diversa non quidem eodem, sed tamen simili munere functa sint?[1])

Quae cum ita sint, mihi quidem non prorsus a vero abhorrere videtur Tuscos, quos ex oriente in Italiam immigrasse docuerunt cum alii tum Gustavus Körte (cf. Pauly-Wissowa VI 1, 743 ss.), si non necessarios, at certe olim finitimos fuisse Eteocretensium, quo perspecto ne illud quidem obscurum esse potest, qualis gens conscripserit titulos illos Lemni repertos (A. M. XXXIII 1908, 47 ss.), qualis fuerit illa Tyrsenorum, qui in mari Aegaeo nobis occurrunt, qualis nominata sit ab Aegyptiis *Turscha*.

Tuscos et incolas Asiae Minoris necessitudine quadam coniunctos fuisse nuper aliam viam ingressus, etsi interdum fortasse longius processit, demonstravit L. A. Milani (Italici ed Etruschi, Roma 1909).

Utut ea, quae in hoc capite disputavimus, diiudicantur a viris doctis — neque nos fugit, quid incerti inveniatur in hac quaestione —, tamen, quia quae ex iis colliguntur, haud levia esse existimavimus neque sine coniecturis omnino ars nostra constare potest,

---

aenei in agro Tridentino reperti (A. Fabretti: Corpus inscr. Ital. antiquioris aevi, nr. 12) obscurior est quam ut aliquid certi colligere possimus. Latetne in voce *velχanu* (bis) nomen dei (exspectamus formam *velχane* [Danielsson]) aut hominis?

[1]) Cf. Guil. Deecke: Etruskische Forschungen IV 61; Thulin: Die Götter des Martianus Capella und der Bronzeleber von Piacenza, Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten III 1, 58. Volcanum cultum esse in Etruria docent cum alia monumenta tum nummi, qui similes sunt Creticis, cf. Deecke: Etruskische Forschungen II 110; IV 61. Theod. Panofka S. B. P. A. 1840, 348.

Summa cum benignitate Gustavus Körte, vir doctissimus, me non solum res ad illam quaestionem pertinentes edocuit, sed etiam me certiorem fecit, quae esset opinio sua de hac re: se non omnino negare Tuscis notum fuisse *Velchanum deum, sed eum eodem munere atque Ἥφαιστον functum esse.

Forsitan ille fuerit ignis deus, hic (*seϑlans*) patronus artificum, cf. ea, quae exposuit Georgius Wissowa: Religion und Kultus der Römer, p. 186.

Volcanum enim in vetusta Romanorum religione pro fabro ferrario et armorum artifice habitum esse omnino negandum videtur, Wissowa: Gesammelte Abhandlungen, p. 172.

non indictum omisimus, quod nobis veri quam simillimum visum est; nec vero, cum ipsum illud verum persaepe in occulto lateat quicquam firmius contendere habeo in animo neque aegre, quidquid periclitatus sum, remittam, si quis similitudinem nominum, quae me ad illas cogitationes adduxit, aliter interpretatus meas rationes certioribus allatis dissolverit.

— - -

Ἀφροδίτη.

De origine Veneris sententiae doctissimorum virorum valde discrepuerunt et adhuc discrepant. Cum ante aetatem nostram permulti hanc deam eandem esse atque Astartam, quae a Phoenicibus adoraretur, contenderent, quin etiam Fridericus Hommel[1]) nomen ipsum Veneris, etsi haec res habet maximas difficultates, ex Astarta ortum esse demonstraret, multa opposuerunt Enmann, G. Körte, de Wilamowitz.

Quorum ad sententiam confirmandam nomina ad Venerem spectantia non inutilia esse arbitror. Sed si ea percensemus, primum mirum esse nobis videtur, quod numerus illorum nominum antiquissimis temporibus satis parvus est et imperatorum demum Romanorum aetate valde augetur. Quae res ex eo intellegitur, quod illa, cum imprimis servis imponerentur, haud ita magna in gratia erant; praeterea theophora a Venere derivata non variabantur, quia Graeci causis, de quibus p. 21, adn. 1 egi, commoti nomina eius generis, cuius est Ἀφροδίτη, cum altera stirpe componere vitabant. Iam C. Meier Quaestionum onomatologicarum capita quattuor, Marpurgii 1905, p. 31 ante quartum a. Chr. n. saeculum non nisi in Boeotia nomen theophorum a Venere ductum inveniri animadvertit:

Ἀφρόδιτος I. G. VII 585. Tanagrae.

Forsitan alterum addendum sit, quod reperitur in inscriptione Cypria (O. Hoffmann, Dialekte I 82, 160 et R. Meister: Berichte d. Kgl. Sächsischen Ges. d. W. LXII 1910, 234) neque scio, an

[1]) Philol. Jahrb. (ed. Fleckeisen) CXXV 1882, 176.

illa ad quintum saeculum referenda sit; namque in eodem titulo occurrit nomen antiquum *Ϝαλχάνιος*. Tamen aetas illius incerta est, quia adhuc historiam scripturae Cypriae cognitam non habemus.[1])

In insula Cypro Veneris cultus antiquissimus est, atque hoc loco a Graecis religionem Astartae receptam esse ii contendunt, qui illum in Graecia ipsa ortum esse negant. At, si Graeci eum a Phoenicibus, qui Cyprum incolebant, suscepissent, hanc gentem praecipue Astartam deam adoraturos fuisse necesse est. Sed eius cultum multo inferiorem fuisse quam dei, quem Melcartum (מלקרת) appellabant, cum aliae res tum theophora nomina Phoenicum in Cypro reperta docent. Quem quia Graeci non susceperunt, Astartae quoque cultum ad eos esse translatum credere dubitamus. Eo accedit, quod Veneris religio etiam in antiquissimis Graecorum coloniis (ut Golgis, Idalii) divulgata est; theophorum quoque, quod supra attuli, in colonia Arcadum invenitur (Golgis).

Sed, cum tituli Cyprii omnino pauca nomina ad deos pertinentia exhibeant, ad finitimas terras accedamus! In quibus primam commemorandam esse existimo Pamphyliam; etenim in hac regione nomina a Venere ducta pro numero reliquorum frequentissima sunt; saepius nusquam nisi in inscriptionibus Atticis aetatis imperatorum occurrunt.

Nec vero minoris momenti ac ponderis est species illorum nominum, quae ostenditur his exemplis:

Ἀφορδισίυς Lanck. Pamph. I 66.
Ἀφορδίσιυς Lanck. Pamph. I 73.
Φορδισία Lanck. Pamph. I 89.
Φορδισὶς Ἀφορδισίυ Lanck. Pamph. I 73.
Φορδίσιος Lanck. Pamph. I 87.
Φορδίσιος Lanck. Pamph. I 90.

De aphaeresi primae litterae, quae pendet ex indigenarum Pamphyliae lingua, iam p. 32 s. nonnulla verba feci; praeterea autem metathesis litterarum *ρ* et *ο* digna est, cuius mentio fiat; hac enim re demonstratur, qua via Pamphylii Veneris cultum

[1]) Nunc etiam in alia inscriptione Cypria, quam ante quintum saeculum incisam esse contendit R. Meister S. B. P. A. 1910. 151, theophorum *Ἀφροδίσιος* (vel *Ἀφορδίσιος*) repertum est.

acceperint.[1]) Ille enim litterarum ordo immutatus (cf. *Πορσόπα Σείμου* Lanck. Pamph. I 94) in insula Creta[2]) reperitur, ubi, ut exemplum afferam, a Dreriis sacramentum dicentibus testes fiunt et alii dii et *Ἀφορδίτα* S. G. D. I. 4952.

Itaque etiam sententiam, utrum Cyprii Veneris cultum a Cretensibus assumpserint an ex oppidis Phoenicum receperint, facile diiudicabit, qui utriusque partis momenta subtiliter pensitaverit.[3])

Inferiore autem aetate Veneris cultus per Lyciam Cariamque manavit. In hac quoque regione comitem deae Adonidem, qui quin fuerit deus gentium Semiticarum, quae vocantur, non est dubium (אדון), maiorem auctoritatem quam alibi adeptum esse docet nomen mensis *Ἀδωνιών* (J. H. S. IX 1888, 342, Iasi; cf. mensem *Ἀδωνίσιος* Seleuciae, Reinach: Traité d'épig. p. 492. Hieron. Ezech. c. 8, p. 750. Hemerol. Leid. St. Croix (Pape). Nec vero illius nomen Graeci ad theophora formanda adhibuerunt, si praetermiseris nonnulla nomina, ut ita dicam, comparativa, quae originis Asiaticae esse mihi videntur:

Ἄδωνις ἐν Μελίτῃ οἰκῶν I. G. I 324.
Ἄδωνις θεωρός I. G. XII 8, Thas. 309, 2.
Βεῖθυς ὁ καὶ Ἄδωνις I. G. XII 8, Lemn. 24, 3.

Cum Adonide iam antiquo aevo in Phrygia Attis, comes Magnae Matris, tam arte conexus est, ut cum eo in aequo poneretur[4]) (*Ἄττι, σὲ καλοῦσι μὲν Ἀσσύριοι τριπόθητον Ἄδωνιν* Philosophumena Origeni adscripta ed. Cruice p. 176).

Sed redeamus ad nomina a Venere derivata! Quae quamquam imprimis servis, libertinis, aliis humili loco natis imposita ac pleraque ad inferiora tempora referenda sunt, tamen si non multum, at certe aliquantum valere putamus alicuiusque esse momenti, quia, quatenus Veneris cultus emanaverit, optime in-

[1]) Cultus Pamphylius est priscissimus; adorabatur enim *Ἀφροδίτη πώγωνα ἔχουσα*, Laur. Lyd. De mens. IV 44.

[2]) Apollo quoque *Πύτιος* ex Creta eo translatus est, cf. Guil. Schulze Berl. philol. Wochenschr. 1890, 1436 ss.

[3]) Quam ob rem haud scio an theophorum Cyprium *Ἀφορδίσιος* legendum sit.

[4]) Cf. Otto Gruppe: Griechische Mythologie II 1531. Ed Meyer: Geschichte des Altertums[2] I 2, 649.

dicant. Etenim, si quo loco extant frequentius, ibi deam quoque adoratam esse concludere licet. Sicubi autem plane fere desunt, ibi cultum eius non viguisse demonstratur. Quae cum ita sint, dignum est, quod commemoretur in Ionia theophora ad Venerem spectantia tam aliena fuisse, ut inter mille centum nomina a diis ducta *Ἐπαφρόδειτος*, nomen aetatis inferioris, non nisi sexies, *Ἀφροδίσιος* numquam inveniatur. Unde eodem modo elucere existimo Venerem non esse deam Phoenicum, sed Graecorum; namque, nisi ita res se haberet, Iones, ad quos facilior quam ad reliquos Graecos esset peregrinorum aditus, plane fere eius religionem ignoraturos fuisse omnino est improbabile. Neque etiam in Aeolidem ea invasisse videtur; nam inter quadringenta theophora occurrit nullum nomen *Ἀφροδίσιος* et tria *Ἐπαφρόδιτος* vel *Ἐπαφρᾶς*.

Sed in continentem Graeciae transgressi in Thessalia et in Boeotia saepius reperimus illa nomina. In titulo Thessalico (I. G. IX 2, Pag. 371) legitur nomen quoque *Ἄφριος*, quod quin ductum sit a mense *Ἄφριος*, qui et in Thessalia et in Bithynia invenitur et Veneri est consecratus, non dubium esse videtur (cf. mens. *Ἀφροδισιών* apud Magnetes I. G. IX 2, 1100 *a* et saepe). Atque idem fortasse legendum est in alia inscriptione I. G. IX 2, 452: *ΔΙΑΦΡΙΟΥ*.[1])

In Attica inferiore aetate valde in usu fuerunt theophora ad Venerem pertinentia; atque in hac terra optime cognoscitur, quomodo numerus illorum per saecula augeatur; cum usque ad Euclidis tempora nemo commemoretur, cui nomen *Ἀφροδίσιος* impositum est, et usque ad pugnam Actiacam duodeviginti nomina eius generis inveniantur, occurrunt imperatorum aetate Romanorum non minus ducenta septuaginta quinque. Quod illa tam frequenter reperiuntur, eo, quales fuerint illorum temporum mores, bene explanatur. Et simili ratione intellegimus, quem ad modum usitatum sit *Ἐπαφρόδιτος*. Hoc inferiori aevo attribuendum esse vel inde apparet, quod ante annum a. Chr. n. tricesimum primum semel occurrit in titulis Atticis, sed postea centies octies. Qua quoque re fit, ut plerumque in hoc nomine pro *ι* litterae *ει* scriptae sint. Hoc quidem nomen, etsi a theophoris nullo pacto segregandum

[1]) Cf. *Ἐπαφρᾶς* et *Ἐπαφρίων* (*Ἐβαφρίων* Ad. Wilhelm Beitr. zur griech. Inschriftenkunde p. 27).

est, tamen praebet speciem sui generis. Atque miror, quod ab iis, qui Venerem deam Phoenicum esse contendunt, cum nominibus theophoris illorum cum voce עבד compositis nondum comparatum est. Sed nos, qui Venerem, filiam Iovis et Dionae, antiquissimam Graecorum deam esse arbitramur, hoc theophorum aliter interpretari non possumus nisi ut ei, cui patrocinatur Venus, illud impositum esse opinemur. Alterum autem eius generis nomen, quod in indice inscriptionum Atticarum reperitur (I. G. I 455 *Ἐπικηφίσιος*) et primo quidem obtutu cum eo esse conferendum videtur, si accuratius examinemus, non recte in hominum nominibus positum esse neque aliud quam originem hominis, cuius antea mentio facta est, significare cognoscimus.

A clarissimis sedibus Veneris, quae apud Graecos multis modis nominabatur, epitheta eius ducta sunt *Κύπρις* vel *Κυπρία* et *Κυθήρη* vel *Κυθέρεια*. Quibuscum quot nomina hominum conectenda sint, haud certo intellegimus; sed haec magna ex parte comparativa existimanda et imprimis libertinis data esse ex mea quidem sententia constat. Quae cum ita sint, nonnulla testimonia eorum afferre satis habeo:

Κυθηρίς, puella Antonii, Plut. Ant. 9 aliique.
Κυθηρία A. M. XII 1887, 170. Nicomediae.
Κυθερία I. G. IX 2, Pher. 417.
Κυθηρίς I. G. XIV 2459.
Κυπρία I. G. II 5, 3888 b.
Κύπριος S. G. D. I. 5656 (ab ethnico ductum). Chii.
Κυπρογένεια Ramsay Cit. II 390 (sumptum e carm. epicis).

Pro *Κύρπριος* Nécr. Myr. 178 videtur legendum esse *Κύπριος*. Forsitan hoc loco addendum sit *Ἰδάλιος* Thessalus, Porph. Tyr. fr. 2 (Venus Idalia Verg. Aen. I 693, cf. Theocr. XV 100). Alio cognomine, quod spectat ad fanum in Boeotia situm, Venus appellatur *Ἀργυννίς* (St. Byz. s. *Ἀργύννιον*); ad illud pertinet nomen hominis Boeoti

Ἀργουνίων I. G. VII 2781, cf. F. B. p. 303.

Praeterea Graeci Venerem nuncupant *Λιμενίαν* (Paus. II 34, 11), eodemque nomine apud eos vocatur *Ζεύς* (Arat. vit. Call. frg. 114, 2); quocum epitheto conexum in theophororum numero ponendum esse nomen humanum *Λιμένιος* mea quidem sententia a probabilitatis rationibus non abhorret:

Λιμένιος I. G. IX 2, Phal. 1228, 79.

Λιμένιος I. G. XIV 2423, 1, 2, alia, similiterque intellegendum esse puto nomen *Ἐλλιμένιος* I. G. XII 8, Thas. 275, 8, *θεωρός*, ex quo fortasse epithetum deae adhuc ignotum concluditur.[1])

Sed incertissimum est, num nomina inferioris aetatis *Πελάγιος* (I. G. XIV 352 II 80), *Πελαγία* (B. C. H. III 1879, 340 in Pisidia), similia coniungenda sint cum Venere, quam Graeci cognominabant *Πελαγίαν, ἐπεὶ φίλον ἔπλετο τῆναι | αἰὲν ἀπ' ἠπείρου λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος* (cf. etiam *Διόνυσος Πελάγιος* in fabula, quae in Lysicratis monumento efficta est, E. Maass, Hermes XXIII 1888, p. 70 ss.; *Ἶσις Πελαγία* Paus. II 4, 6; de Venere Pelagia cf. Usener: Legenden der heiligen Pelagia, p. XX ss.).

Nec vero nomina *Εὔπλοιος* vel *Εὔπλοος* vel *Εὔπλους* et *Εὐπλοία* et *Εὐπλοΐων* ulla ratione conexa sunt cum Venere, quae cognomine *Εὐπλοία* in portibus colebatur; quid significent illa, optime explanari existimo versu Theocriteo (VII 52):

Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος εἰς Μιτυλήναν.[2])

Magnus numerus nominum, quae stirpem *Ἐρωτ-* continent, hoc loco a me omittitur, quod, utrum ad amorem an ad deum amoris (nusquam adhuc repertum est **Ἐρωτόδωρος* vel **Ἐρωτόδοτος*) spectent, diiudicari non potest. Cf. etiam haec nomina, quae omnia fere aetate demum Romana occurrunt:

Ἑρμέρως Le B.-W. 568. Alabandae.
Ἕρμερος Pape.
Θαλασσέρως Anc. Gr. inscr. IV 1, 898. Halicarnassi.
Μουσέρως I. G. VII 1776.
Νικέρως A. M. XXIII 1898, 37; in Attica.
Νυμφέρως Lat. II 454. *Νυνφέρως* J. H. S. XVII 1897, 275; in Mysia.
Παιδέρως Rev. ét. gr. IX 1896, 423. Myndi.
Πανέρως Le B.-F. 341 *d.* Tegeae.
Πιθέρως I. G. IX 2, l. Lar. 563, 9.
Πρειμέρως Anc. Gr. inscr. IV 1, 830. Cnidi.
Συνέρως C. I. G. 3332. Smyrnae.
Φιλέρως Anc. Gr. inscr. IV 1, 869. Cnidi.
Χρυσέρως I. G. III 1133.

[1]) Cf. cognomen Neptuni *Ἐπάκτιος*, O. Gruppe: Griechische Mythologie und Religionsgeschichte II p. 1158, adn. 6.

[2]) Pro **Εὐόδ[ωρος]* A. M. XXI 1896, 182 (in Attica) lego *Εὐοδίων* vel similiter. Cf. nomina *Εὔοδος*, *Εὐοδίων* (B. C. H. XXXII 1908, 523), *Ἀγάθοδος*, *Εὔπορθμος*, alia. Hoc loco addere liceat testimonium nominis *Ἀγεάναξ* I. G. XII 1, 46, 327; cf. de Wilamowitz: Textgeschichte der griechischen Bukoliker, p. 21, adn. 2.

Ἑρμῆς.

In faucibus montis, quem vocant Graeci nostrae aetatis nomine *Ziria*, antiqui autem appellaverunt Cyllenam, olim sedes Mercurii fuisse dicitur, qui posteris temporibus in omnibus partibus Graeciae summa pietate colebatur. In illa autem regione eum maxima fuisse auctoritate vel inde patet, quod in Arcadia frequentissima sunt theophora ab eo derivata, quin etiam in Argolide, in terra finitima, numerus eorum est permagnus. Imprimis Hermionae inveniuntur illa theophora, qua re commoti facere non possumus, quin sententiam Sam. Wide (De sacris Troezeniorum, Hermionensium, Epidauriorum, p. 41), qui in hoc oppido Mercurii cultum fuisse negat, improbemus.

Ab antiquissima sede ductum est cognomen dei *Κυλλάνιος*, quod reperimus in hominum quoque nominibus, velut

Κυλλάνιος S. G. D. I. 1623 = C. I. G. 1543. Dymis, in oppido Achaiae. 2. sc. a. Chr. n. p. alt.
Κύλλις S. G. D. I. 1612 A 3. Dymis.[1])
Κυλλήνιος Anth. ep. IX 4, tit. 33, tit.
Κυλλήνιος Eunap. Sard. fr. 14, 7.
Κυλλήνιος Dam. V. Isid. 209. Hesych., Apoll. lex. 105, 13.

In Arcadia igitur et in Argolide, in terris montuosis, magnam vim habebat religio dei, qui primo ut viatorum patronus adorabatur. Cultum eius cum tumulis (*ἕρματα*) conexum atque e rudissimis cogitationibus ortum paulatim increvisse iam cognovit Ludovicus Preller optimoque iure eum secuti sunt Carolus Robert et Eduardus Meyer.[2])

Ad viarum tutorem spectat cognomen Mercurii *Ἀγυαῖος*, unde ducta esse etiam nomina hominum verisimile est:

Ἀγυαῖος B. C. H. III 1879, 318. S. G. D. I. 5657. Chii.
Ἀγυαῖος Paspates *Χιακ.* I 414. B. C. H. III 1879, 234. S. G. D. I. 5653 D. 5. sc. a. Chr. n.

Cf. cognomen Apollinis *Ἀγυαῖος* et *Ἀγυιεύς*; fieri potest, ut ad hunc deum nomina illa hominum pertineant. Certo ab Apolline non est separandum nomen viri Hyperborei *Ἀγυιεύς*.

[1]) *Κύλλιος* i. e. *Κυλλήνιος*, St. Byz. s. *Κυλλήνη*.
[2]) Gesch. d. Altert. II 98. Cf. O. Kern Strena Helbigiana p. 157. Mihi quidem non persuaserunt quae disputavit Gruppe: Griech. Mythologie p. 1341, adn. 2.

Simili autem ratione intellegendum esse censeo nomen

Ὅδιος Schol. Ilias *B* 96, cf. *I* 170.

Praeco ille a Mercurio nomen suum duxit.

Ὅδιος I. G. XII 8, Thas. 240, 10.

Ex his quoque muneribus dei intellegimus eum nuntium deorum factum esse, qui in carminibus Homericis *Διάκτορος*[1] cognominatur; ab illo epitheto derivatum est nomen *Διακτορίδης* (cf. F. B. p. 357):

Διακτορίδης Lacedaemonius Herod. VI 71.

Διακτορίδης Thessalus Herod. VI 127. St. Byz. s. *Κραννών*.

Διακτορίδης Olympionices a. 456 a. Chr. n., cf. C. Robert, Hermes XXXV 1900, 192, tab.

Διακτορίδης B. C. H. XV 1891, 292; prope Naxum rep. a. c. 250 a. Chr. n.

Διακτορίδης B. C. H. IV 1880, 213. VI 1882, 22, 38. VII 1883, 105, 106. IX 1885, 147, 148. XVII 1893, 67, 68, 79, 84, 103. XXXII 1908, 14, tab. 5. Deli.

Quibus fortasse adicienda sunt haec:

Κηρυκίδης B. C. H. XIV 1890, 536. Cyzici. 4. sc. a. Chr. n. p. pr.

Κηρυκίδης Archil. fr. 60 (88).

Κηρυκίδης Θηβαῖος I. G. II 5, 768 *b* A col. I 5.

Κηρυκίων I. G. II 945, 6, 7 (*Κηρυκίδαι* gens Ath.), sim.

Summa autem auctoritate antiquissimis temporibus fruebatur Mercurius ut deus pastorum ac gregum; itaque maxima est similitudo ei cum Apolline et Pane, qui eorundem cognominum participes sunt; Pan enim simili ratione ac Mercurius, popularis suus, *Κυφαρισσίτας Κυλλάνιος* appellatur (B. C. H. XXVII 1903, 295 in Arcadia; sic restituendum est in titulo S. G. D. I. 5084), Apollo autem *Ἐπιμήλιος* (*Ἑρμῆς Ἐπιμήλιος* Coroneae Paus. IX 34, 3; Tanagrae adorabatur *Ἑρμῆς Κριοφόρος* Paus. IX 22, 1, ad quem spectant monumenta illa antiquissima).

Idem autem deus, cuius in tutela erant homines iter facientes, patrocinabatur mercatores. Huc quoque spectare videtur epithetum *Ἀγοραῖος* (Le B.-W. 1601, Aphrodisiade et alibi), quocum conferre licet hominum nomina *Ἀγοραῖος* I. G. IX 1, 431 in Aetolia, *Ἀγοραῖος* I. G. IX 2, m. Hal. 109 *a* 45, alia. Tamen fieri potest, ut ea orta sint ex *Ἀγοράναξ, Ἀγορακλῆς* similibusque.

---

[1]) Cf. A. Fick B. B. XX 1894, 179 et F. Solmsen, Indogermanische Forschungen III 1894, 90 et Bury B. B. XVIII 1892, 295.

Cum natura dei talis esset, *Ἑρμῆς* a Graecis in Italiam translatus a Romanis Mercurius appellatus est;[1]) atque ex eadem re facile elucet eius cultum in Ionia, qua in terra sita erant florentissima opulentissimaque emporia Graecorum — etiam nostra aetate admiramur urbem Smyrnam —, celerrime ad summam auctoritatem pervenisse. Atque apertum est ditissimos mercatores Ionicos, qui vel Ephesum vel Smyrnam habitabant, a nullo alio deo maiorem salutem exspectantes quam a Mercurio filiis suis theophora cum eius nomine composita imponere amasse. Sed dicat quispiam, quod multi Iones ab Hermo, maximo illius regionis flumine, nomina sua duxerint, propterea esse usitatissima theophora stirpem *Ἑρμο-* continentia. Etsi nonnulla ad flumen Hermum referri posse concedendum est, tamen forma magnae partis eorum impedimur, quominus cum fluvii deo ea coniungamus. Namque quin nomina *Ἑρμάφιλος*, *Ἑρμαῖος*, alia nullo pacto ab Hermo ducta sint, sed Mercurius sit patronus eorum, quibus illa imposita sunt, haud dubium esse censeo. Nec verisimile est cultum fluminis Hermi maiore auctoritate usum esse quam Caici vel Maeandri, ad quos pertinentia theophora haud ita frequenter occurrunt. Quae res cum ita se habeat, non vereor antiquissima cum stirpe *Ἑρμο-* composita nomina, quae, si ab Attica Boeotiaque discesseris, aut in oppidis Ionum aut in coloniis, quas illi deduxerunt, aut in vicinia earum inveniuntur, ad deum Mercurium referre. Atque ea nomina, quae pleraque praebent speciem vetustissimam, hoc loco afferantur:

hερμίας Tanagraeus I. G. VII 626.
Ἑρμογένης Atheniensis Xen. Memor. II 10, 3, saep. Plat. Phaed. 59 b. D. Laert. III n. 8.
Ἑρμογένης Atheniensis Xen. Hell. IV 8, 13.
Ἑρμογένης Atheniensis D. Laert. II 13, n. 12.
Ἑρμόλυκος Atheniensis Herod. IX 105.
Ἑρμοκράτης Atheniensis Xen. Memor. I 2, 48.
Ἑρμόκριτος Röhl I. G. A. 372, 107; prope Styra.
Ἕρμων Lemnius Diod. X 48.
Ἄρχερμος artifex Chius. B. C. H. V 181, 272. VII 1883, 254 = Röhl I. G. A. add. 380 *a*.
Ἑρμόμαχος Chius S. B. P. A. 1900, 113 = S. G. D. I. 5493. a. c. 390 a. Chr. n. Mileti.
Ἑρμοδάμας Samius D. Laert. VIII 1, 2.

[1]) Cf. Wissowa: Religion und Kultus der Römer, p. 45.

Ἑρμοκρατίδης C. G. C. Thrace 229. Abderae.
Ἑρμόστρατος Abderita Röhl I. G. A. 349. I. G. I suppl. 204.
Ἑρμοτέλης Toronaeus I. G. I suppl. 190.
hερμοκράτης Προκοννήσιος S. G. D. I. 5531. 6. sc. a. Chr. n. p. pr.
Ἑρμέας Ad. Wilhelm Beitr. zur griech. Inschriftenkunde p. 7. Neandriae. 5. sc. a. Chr. n. p. pr.
Ερμιππος Ἀταρνείτης Herod. VI 4.
Πύθερμος, Phocaeae Plut. Pericl. 24. Ael. V. h. XII 1.
Ἰσθμέρμιος Κλαζομένιος S. B. P. A. 1900, 113 = S. G. D. I. 5493 (cf. *Χρυσέρμιος* I. G. XII 3, add. 1556). Mileti. a. c. 390 a. Chr. n.
Ἑρμότιμος Κλαζομένιος Porphyr. De vit. Pyth. 45. Arist. Met. I 3, alii.
Ἑρμόδωρος (*Ἑρμότιμος*?) *Κλαζομένιος* Plut. De gen. Socr. 22.
Πύθερμος Τήιος Athen. XIV 625 c.
Ἑρμαγόρης Τήιος S. G. D. I. 5639.
Ἑρμόβιος Colophonius Athen. XIII 588 a.
Μίμνερμος Colophonius, poeta.
Εὔερμος (sic restituit Bechtel) S. B. P. A. 1900, 113 = S. G. D. I. 5493. *Ἐφέσιος*. Mileti. a. c. 390 a. Chr. n.
Ἑρμησιάναξ Μιλήσιος S. G. D. I. 5508.
Ἑρμοχάρης Μιλήσιος St. Byz. s. *Καρδία*. Idem? schol. Dem. V 25.
Ἑρμόφαντος Μιλήσιος Herod. V 99.
Ἑρμησιφάνης Milesius? Gardner Naukratis II, no. 748 = S. G. D. I. 5761.
Ἑρμῶναξ Μιλήσιος S. G. D. I. 5495.
Ἑρμοδ... S. G. D. I. 5727 c. Halicarnassi.
hαγήσερμος e Doride Asiae Minoris ort. Röhl I. G. A. 482. in Nubia.
Ἑρμότιμος Πηδασεύς Herod. VIII 104, alia.

Perpauca in aliis regionibus occurrunt, velut

Ἑρμοκράτης Ἕρμωνος dux Syracusanorum Thuc. IV 58, saep. (fort. idem?) *Ἑρμοκράτης* Syracusanus Xen. Hell. II 3, 24. Ael. V. h. XII 46.

Quibus quae attuli nominibus addo haec:

Ἀγήσερμος I. G. XII 2, 327.
Ἀνάξερμος I. G. XII 2, 75, 6.
Δίερμος Priene 313, 245.
Κίκερμος Olympionices Diog. Cyn. ep. 2. Quod nomen, quia aspiratam non continet, inter Ionica refero, eadem ratione ac:
Κράτερμος Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 36.
Κράτερμος Ῥαμνούσιος I. G. II 953.
Κράτερμος Atheniensis Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 20.
Μελήσερμος Atheniensis, Suidas. Eudoc. p. 301.
Πολύερμος Gardner Naukratis II, no. 794 = S. G. D. I. 5760 adn.
Πύθερμος Ephesius Athen. II 44 c. 52 a. VII 289 f. Sotion. Parad. 34.
Φίλερμος B. C. H. XII 1888, 279. Myndi.
Φώκερμος Chius B. C. H. III 1879, 320 = S. G. D. I. 5658.
Χρύσερμος (*Χρυσέρμιος*) saepe inferiore aetate in diversis Graeciae regionibus invenitur.

Sed aliter quam Ionica diiudicanda esse puto nomina in Lycia saepissime reperta, quae ipsa quoque theophora ad Mercurium spectantia esse contendit Georgius Kaibel (N. G. G. 1901, 500); cuius sententiam, etsi primo obtutu probabilis esse videtur, sequi hac re prohibemur: si in inscriptionibus a Benndorfio editis (Lyc. II) septuaginta tria inter ducenta quinquaginta theophora ad Mercurium pertinentia reperirentur, nomen quoque dei ipsius saepe in titulis Lyciis occurreret; nunc vero bis dei mentio fit; in altera inscriptione ea, quae leguntur, incerta sunt, in altera Mercurius una cum compluribus aliis diis ita commemoratur, ut eum non multum valuisse apud Lycios appareat. Illa autem nomina, de quibus agitur, ab indigenarum lingua orta et a Graecis, qui ea animo non comprehenderent, immutata esse mihi videntur.

Ceterum etiam memoriae proditum est Mercurium ab illis gentibus *Ἴμβρασος* vel *Ἴμβραμος* appellatum esse; ad hoc nomen relata est inscriptio nummi, in quo legitur *hẽpruma* (Lyc. I index); sed tituli Graeci in Lycia reperti hoc non dei, sed hominis nomen esse docent:

Ἔμβρομος Lyc. II O. E V, F VI. Rhodiapoli.
Ἔμβρομος B. C. H. XVI 1892, 445. Phaselide.
Ἔμβρομος B. C. H. XXIII 1899, 335; in Lycia.

Adicienda iis sunt Lycia *hm̃prãma* Lyc. I 37, 5 s. *hm̃prãmeh* Lyc. I 36, 3.

Forsitan cum Mercurii nomine, quod supra commemoravi, conferenda sint haec nomina hominum:

Ιμβρασσις B. C. H. IV 1880, 304 = S. G. D. I. 5727 *a*. Halicarnassi. 5. sc. a. Chr. n. exeunt.
Ἴμβαρσις in eodem titulo.
Ἰμβάρηλδος S. G. D. I. 5727 *c*. Halicarnassi. 5. sc. a. Chr. n. exeunt.
Μ. Αὐρ. Ἴμβρας J. H. S X 1889, 80; in Lycia.
Ἴμβρης J. H. S. XV 1895, 124; in Lycia.
Ἐμβριδάση Ἑρμοκράτους B. C. H. XVIII 1894, 547; in Lycia.
Ἴμβρης Lyc. II I* 52, 22.
Ἴμβρης Lyc. II I 52, 29.
Ἴμβρης Lyc. II I 52, 33.
Imbrasus Lycius Verg. Aen. XII 343.

A Lydiis autem Mercurio nomen *Candaulem* datum esse, hi Hipponactis versus demonstrant:

Hippon. *Βιβλ. Α′* 1, 2 (ed. Crusius):

ἔβωσε Μαίης παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν·
Ἑρμῆ κυνάγχα, Μῃονιστὶ Κανδαῦλα,
φωρῶν ἑταῖρε, δεῦρό μοι σκαπαρδεῦσαι.

Eodem nomine appellatus est rex Lydiae e Heraclidarum gente ortus. Cf. etiam *Κανδαύλης* Herod. VII 98 in Caria.

Ἄρης.

De nominibus theophoris ad Martem pertinentibus paucis opus est verbis, cum illa omnino fere desint. Etsi dixerit quispiam ea iam inveniri in carminibus Homericis, tamen optimo iure Bechtel et Fick (Wochenschrift für klassische Philologie 1907. 93) nomina *Ἀρηίθοος* et *Ἀρηίλυκος*, cum continerent stirpem *Ἀρηϝ-*, theophora putanda esse negaverunt. Sed etiam ea, quae ad inferiorem aetatem referuntur, magis ad virtutem eorum, quibus nomina illa imposita sunt, quam ad deum, qui homines ea afficit, spectare mihi videntur, ut neminem deorum, quicumque in carminibus Homericis commemorantur, Graecos minore pietate coluisse magisque neglexisse concludamus. Quae quo facilius intellegantur, affero haec exempla:

Ἄρειος I. G. II 444, 52.
Ἄρειος I. G. II 811 *d* 39.
Ἄρειος *Ἐφ. ἀρχ.* 1897, 90; in Attica.
Ἄρειος Le B.-W. 647. Philadelphiae.
Τιβ. Κλ. Ἄρειος Hierapolis Jahrb. 101. 168?
Ἀρηΐς I. G. XII 5, 211. Pari. 4. sc. a. Chr. n.
Ἀρεία Perg. 595, 7.[1])

Denique addo nomen *Θούριος* (pater Metronactis Le B.-W. 1539, Erythris), quod num ad epithetum Martis pertineat, dinoscere arduum est.

[1]) Mensis *Ἄρειος* in Thessalia I. G. IX 2, 1109, 1.

῾Εστία.

Vestam, etsi in antiquissimorum numero deorum habenda est, tamen non eadem pietate qua reliquos deos vetustiores cultam esse vel inde patet, quod theophora, quae ad eam pertinent, non ita frequenter occurrunt; inter nomina antiquioris aevi reperiuntur haec:

῾Εστιαῖος I. G. I 445.
Ιστιαΐδας Tanagraeus I. G. VII 585.
῾Ιστιαῖος Car, regulus Her. V 37. VII 98.
῾Ιστιαῖος Milesius, tyrannus Her. IV 137, saep. aliique.
῾Ιστιαῖος Milesius S. G. D. I. 5509.
῾Ιστιαῖος Samius Her. VIII 85.
῾Εστιαῖος Tarentinus Iamblich. vit. Pyth. § 267. D. Laert. VIII 4, n. 1 vero nomine esse appellatus videtur *῾Ιστιαῖος*; namque etiam in titulo Tarentinorum legitur *῾Ιστιαῖος* I. G. XIV 668 II (idem?)[1]) et *῾Ιστιαία* I. G. XIV 668 I et in nummo *hιστίαρχος* Mus. Nap. 39. *Νομισμ*⁰ 273.

Atque omnia nomina remotis Atticis ad formam *῾Ιστία*[2]) referri notandum est. Nomen quidem *῾Εστιαῖος* S. G. D. I. 5727 *c* Halicarnassi a. 430/410 a. Chr. n. primo obtutu huic rei repugnare videtur; sed iam F. Bechtel hunc titulum formis linguae Atticae non carere cognovit; eoque accedit, quod alio loco eiusdem inscriptionis (5727 *d*) extat nomen *῾Ιστιαῖος*.[3]) Quapropter fortasse non a vero abhorret opinio Hugonis Ehrlich (K. Z. XLI 1907, 290), qui ab omnibus Graecorum gentibus exceptis Atheniensibus illam deam *῾Ιστίαν* appellatam esse contendit.

Neque tamen antiquiorem esse hanc formam conicere cogimur, sed illam vocalibus assimilatis aut lege quadam grammatica[4]) ortam esse ex *῾Εστία* veri est similius; quae cum ita sint, omnes codices carminum Pindaricorum praebere formam *῾Εστία* (Nem. XI 1) dignum esse memoratu mihi videtur.

[1]) Cf. Comparetti apud Fiorelli, Notizie degli scavi 1880, p. 189 s. Aliter Kaibel I. G. XIV 668 adn.

[2]) Cf. theophorum *Fιστίας* S. G. D. I. 1203, 18 in Arcadia. Quod attinet ad deae nomen, sententiam sequor Ioannis Brause: Lautlehre der kretischen Dialekte 48, adn. 2.

[3]) *῾Ιστιώ* et *῾Εστιώ* inveniuntur in eodem titulo S. G. D. I. 2085 Delphis. a. 175/174 a. Chr. n.

[4]) Cf. Bechtel: Hauptprobleme der indogermanischen Lautlehre p. 112.

Ἡρακλῆς.

Iam in carminibus Homericis non solum duces Argivorum, quorum e terra Hercules heros cum Iunone artissime conexus ortus est, sed etiam Dorum, qui insulam Coum imperio tenent, quod ex Hercule prognati sint, gloriantur. Eum vero omnibus Doribus notum fuisse docuit U. de Wilamowitz in egregia commentatione, quam scripsit de Hercule (Euripides' Herakles introd.); sed deum illum esse factum ab Ionibus et ab Atticae incolis; quae sententia etiam eo comprobari mihi videtur, quod, cum in civitatibus Doricis non nisi patronymica ab Hercule ducta sint (quorum in numero quodam pacto *Ἡράκλειος*, quod idem est atque *Ἡρακλείδης*, est ponendum), et in aliis partibus Graeciae et in Ionia Atticaque nomina reperiuntur vere theophora iis data, qui a parentibus Herculi deo consecrati sunt (*ἆρ' ἀπὸ Ἥρης Ἡρακλέης βρεφέων ᾤκτισεν ἡλικίην* Philippus Anth.).

Ἡρακλεόδωρος (sic est restituendum) *Κατ. Βολ.* 258.

Ἡρακλεόδωρος I. G. IX 2, Hal. 109*a* 3, 22, 26.

Ἡρακλειόδωρος Scyrius, servus I. G. IX 1, 359.

Ἡρακλεό[δωρος] I. G. IX 1, 446, in Acarnania.

Ἡρακλειόδωρος Boeotus S. G. D. I. 2563. Delphis.

Ἡρακλειόδωρος Boeotus S. G. D. I. 2564. Delphis. ‖ I. G. VII 1060.

Ἡρακλεόδωρος Oreites Arist. Polit. V 2, 9. II, p. 1303 (Bekker).

Ἡρακλεόδωρος (sic est restituendum). *Ἐφ. ἀρχ.* 1895, 128. Chalcide.

Ἡρακλειόδωρος I. G. II 89.

Ἡρακλεόδωρος I. G. II Add. 1388 *b*. *Ἡρακλεοδ-* Sundwall p. 163.

Ἡρακλεόδωρος I. G. II 481.

Ἡρακλειόδωρος I. G. II 5, 845 *b*, 11. 18.

Ἡρακλεόδωρος I. G. II 5, 775 *b*, col. II 4.

Ἡρακλεόδωρος Atheniensis B. C. H. XXXII 1908, 437. Deli.

Ἡρακλεόδωρος I. G. III 1099.

Ἡρακλεόδωρος Μιλήσιος I. G. III 2632.

Ἡρακλεόδωρος Rev. ét. gr. VI 1893, 200. Iasi.

Ἡρακλεόδωρος Heb.-Wilh. 155 A VI. J. H. S. XII 1891, 251/253.

[*Ἡρα*]*κλεόδωρος* Rev. ét. gr. III 1890, 69. B. C. H. XI 1887, 86. Apollonideae.

Ἡρακλεό[δωρος] *M. κ. B. A'* 104. Erythris.

Ἡρακλεόδωρος C. G. C. Ionia 135. Erythris; in. 2. sc. a. Chr. n.

Ἡρακλεόδωρος *M. κ. B. A'* 92. Sardibus.

Ἡρακλεόδωρος *M. κ. B. Z'* 65. Apollonide.

Ἡρακλεόδωρος *M. κ. B. B' β'* 63. B. C. H. XII 1888, 364. Cymis.

Ἡρακλεόδωρος Lat. IV *Βοσπ.* 218.

Ἡρακλεόδωρος Lat. IV *Χερσ.* 101.

Ἡρακλεόδωρος C. I. G. 3660, 10. Cyzici.
Ἡρακλεόδωρος A. M. XIV 1889, 243, Nicaeae.
Ἡρακλεό[δωρος] I. G. XII 8, Imbr. 83, 29.
Ἡρακλειόδωρος Amphipolitanus S. G. D. I. 2588. Delphis.
Ἡρακλεόδωρος Dem. ep. 5.
Ἡρακλεόδωρος Clem. Alex. Str. 5, p. 239, 51.

Quibus addo nomina

Ἡρακλεογένης I. G. I 451.
Ἡρακλεόδικος; hoc fortasse in inscriptione a Gualthero Iudeich edita legendum est (A. M. XVI 1891, 288. Clazomenis).

Sed praeter nomen Ἡρακλεόδωρος patronymica atque ea frequentius illo etiam in aliis civitatibus ac Doricis inveniri consentaneum est; nec nomina ab Hercule ducta rariora sunt quam a Iunone derivata; at illa in insula Rhodo[1]) et in finitima ora Asiae Minoris omnino deesse atque apud Coos minus fuisse in usu quam apud reliquos Graecos notandum est; verum tamen illud carmen, ad quod spectat epigramma Theocriteum XXII, fuisse dicitur Pisandri Camirensis.[2])

Neque tituli quidem Samiorum Chiorumque, a quibus Iuno summa pietate colebatur, nomina ad Herculem referenda continent; nec vero ex ea re quicquam certi potest colligi, cum in inscriptionibus ibi repertis pauca extent theophora; ac similiter res se habet in Creticis. Antiquissima autem nomina ad Herculem pertinentia sunt haec:

Ἡρακλείδης Cymaeus Herod. I 158.
Ἡρακλείδης Cymaeus Herod. V 37.
Ἡρακλείδης B. C. H. IV 1880, 303 = S. G. D. I. 5727 *a*. Halicarnassi.
Ἡρακλείδης Mylasensis Herod. V 121. Suidas s. Σκύλαξ.
Ἡρακλείδας Messenius Röhl I. G. A. 88.
Ἡρακλείδας Röhl I. G. A. 571. inc. or.
Ἡρακλείδης I. G. I 324. 433. 446. 459.
Ἡρακλείδης I. G. I, suppl. 76 ‖ 114.

Quatenus dei cultus Asiam Minorem occupaverit, optime theophororum numero docetur. Quae cum in titulis Magnesiae et Prienes non ita frequenter occurrant, inter mille centum fere

[1]) Quod cum ita sit, ea, quae de Rhodo ut celeberrima illius religionis sede disseruit P. Friedländer (Herakles, Philol. Unters XIX 166 s.), magnopere labefactantur. Ceterum vide quae de illo libro exposuit Bethe G. G. A. 1907, 697 ss.

[2]) Cf. U. de Wilamowitz, Herakles p. 66.

theophora Ionica inveniuntur quadraginta eius generis, inter mille quingenta Phrygia duodeviginti, inter ducenta decem Lydia octo, totidem inter trecenta Bithyna, inter ducenta septuaginta Isaura quinque, inter sexaginta quinque Pamphylia duo, inter ducenta viginti Cilicia quattuor. Cum inter trecenta triginta theophora Macedonica duodeviginti ab Hercule ducta sint, in insula Thaso frequentissima sunt, quoniam Hercules hic sanctissime colebatur (*Ἡρακλῆς σωτήρ* C. G. C. Thrace 222 s. Mus. Nap. 120. Regl. 510).

In Boeotia autem Thebis exceptis antiquiore aevo nullas illius dei sedes fuisse contendit U. de Wilamowitz. Cuius rei quamquam documentum e theophoris elici non potest, quia omnia fere sunt inferiori aetati attribuenda, tamen forma illorum nominum habet aliquid miri neque indigna est, quae attingatur. Ex iis enim colligitur Herculem a Boeotis non **Εἱρακλεῖς*, sed *Ἡρακλεῖς* appellatum esse, qua re, quanta esset vetustate Herculis apud Boeotos cultus, doceri existimavit Eduardus Meyer; sed nos quidem viro egregio assentiri dubitantes formam *Ἡρακλῆς* a finitimis Boeotos tum demum suscepisse censemus, cum iam in reliquis omnibus vocibus sonantem *η* immutaverant. Verum interim hoc omittamus ut ambiguum et in neutram partem valiturum. Tamen ne nimis antiquam esse Herculis in Boeotia religionem arbitremur, eo impedimur, quod Herculis cultum a Iunone, cuius patria est Argolis, separare non licet; theophora autem ab illa derivata, quae semper praebent formam *Εἱρα-*, numero — inter mille enim quingenta theophora inveniuntur nomina derivata a Iunone octoginta, ab Hercule duodequadraginta — Herculis religionem minus valuisse confirmant; quae cum ita sint, etiam illam ipsam nominis conformationem, quae a dialecto Boeotica abhorret, non vetustiorem quam Iunonis nomen, quod nihil habet admodum singularis aut novi, sed apud Boeotos aetate inferiorem esse cui non venit in opinionem?

Atque etiam Thebis Hercules est advena (cf. U. de Wilamowitz, Herakles I 293 s.); ibi heroi indigenae erat *Ἀλκαῖος* nomen eandem stirpem continens ac matris eius Alcmenae, cuius cultus non nisi in Boeotia et in Megaride et in Attica invenitur.[1]) Nec

[1]) Cf. Wernicke, Pauly-Wissowa I 2, 1574.

vero cum herois nomine conectere licet humana, etsi in titulo Attico *Ἀλκαῖος Ἡραίου Αἴνιος* (I. G. II 263) et in Thracico *Ἀλκαῖος Ἡρακλείδου* (*Δημ*⁰ 885) commemorantur.

Atque simili modo a theophoris segregandum est nomen *Καλλίνικος*, etsi eodem Hercules ab incolis Atticae aliarumque terrarum appellabatur. Etenim si illud ad deum pertineret, quae esset causa, cur non nomen quoque *Ἀλεξίκακος* aliaque hominibus imposita essent? Illa igitur, ut iam supra diximus, nihil aliud docent quam eadem epitheta humana etiam diis data esse, quoniam eos intima propinquitate secum coniunctos esse Graeci credebant (cf. *βασιλεὺς Μιθριδάτης Καλλίνικος* Le B.-W. 136 *d*, Ephesi).

Denique liceat duo nomina afferre, quae ad hoc tempus non sunt explanata! In titulo Theraeo et in Argivo occurrunt duo homines, quorum nomina continent elementum *Ἑδριο-*:

Ἑδρίαρχος I. G. XII 3, suppl. 1379,
[*Ἑ*]*δρίλας* I. G. IV 488, 2 (restituit Bechtel in Genethliaco Carolo Robert oblato p. 77).

Quos, quamquam difficultates quasdam obstare non ignoro, ab Herculis cognomine appellatos esse mea quidem sententia non prorsus improbatur. Etenim in vase in Etruria reperto figurae Herculis adscriptum est *ΠΕΔΡΙΟΣ* (H. D. de Luynes: Description de quelques vases peints étrusques, italiotes, siciliens et grecs. Paris 1840, p. 3, planche IV). Sed num inter hunc deum et Neptunum, qui *Ἑδραῖος* appellatur, ratio intercedat, in medio relinquo.[1])

Διόσκουροι.

Maiore pietate quam ceteros omnes heroas, si omiseris Herculem, Graeci Dioscuros venerabantur, qui in Peloponneso orti postea, quia terra marique periclitantibus succurrere credebantur, ut dii *σωτῆρες*, i. e. malorum depulsores in tota fere Graecia variis cognominibus datis adorabantur.

[1]) *Ποσειδῶν Ἑδραῖος* J. H. S. X 1889, 81 in Lycia; ut *Ἑόρτιος* : *Ἑορταῖος*, ita *Ἕδριος* : *Ἑδραῖος*?.

Quia in fabulis filii Tyndarei, regis Spartae, facti sunt, Tyndaridae sunt appellati, ad quod nomen pertinent theophora imprimis in Laconia inventa:

Τυνδάρης Le B.-F. 163 *a* in Laconia.
Τυνδάρης Le B.-F. 163 *a* in Laconia.
Τυνδάρης Le B.-F. 173 *b* in Laconia.
Τυνδάρης Annual 1905/06, 472 in Laconia.
Τυνδαρίδας C. I. G. 1256 in Laconia.
Τυνδάρης Lacedaemonius Plut. Qu. conv. VIII 1, 3. 2, 1 saep. VIII 1. VIII 2, 2.
Τυνδάριχος Sicyonius Athen. XIV 662 d. Poll. VI 71.
Τυνδάριχος J. H. S. VII 1886, 154. S. G. D. I. 3053. Chalcedone; sequitur nomen *Μεσσάνιος*.
Τυνδαρίων Tauromenius D. Sic. XXII 4. 15. 16.[1])
Τυνδαρίδης aut *-ίων* D. Sic. XI 86.
Τυνδαρίς B. C. H. XXVIII 1904, 40. Panamarae.
Τυνδαρίς C. I. G. 4335 in Lycia.
Τύνδαρος (servus Plaut. Capt.) et *Τυνδάρεως* (gladiator I. G. XII 8, Thas. 547, 2) ab iis semovenda sunt.

Cum Tyndaridis autem propinqua cognatione conexae sunt *Λευκιππίδες*, ad quas spectat nomen Epidaurium

Λευκιππίδωρος I. G. IV 926, 55,

similiterque fortasse ad *λευκὰς θεὰς* referri licet nomina *Λευκόδωρος* I. G. VII 2716. 2782. 4157 (cf. H. Usener: Götternamen, p. 355) et *Λευκαθίδης* Oesterr. J. XIII 1910, add. 66; Erythris.[2])

Saepissime iam a sexto saeculo hominibus imposita sunt nomina *Σωτήριχος* et *Σωτηρίδης*, quorum maior pars ad Dioscuros spectare videtur, sed altera pars aut ad alios deos (Iovem, Apollinem, Bacchum, Mercurium, Herculem, Aesculapium nomino) aut ad reges, qui divinis honoribus fruebantur, referenda est. Cum vero accedat, quod tertia pars nominum cum voce *σωτήρ* compositorum in theophoris poni nequit, fit, ut illa ad intellegendam Dioscurorum religionem haud ita multum afferant.

Ad aliud autem cognomen eorum pertinet, ut iam cognovit I. A. Letronne (Oeuvres choisies III 2, 56), nomen *Ἱππαρμόδωρος*, quod adhuc semel occurrit in Boeotia:

Ἱππαρμόδωρος Plataeensis Lys. XXIII 5, 6.

Sed multo saepius in tota fere Graecia reperiuntur nomina a Dioscuris ipsis derivata.

[1]) *Τυνδαρίς* oppidum Siciliae Strab. VI 266, 272 aliique scriptores, nostra aetate *Tindare*.

[2]) Mensis *Λευκαθιών*, ad quem illud pertinet, Chii et Lampsaci invenitur, cf. J. Keil l. c.

Praecipue in usu fuerunt in Thracia et in Phrygia finitimisque terris. Quamquam quicumque ipse per Thracium mare procella coorta navigaverit, facile comprehendet, quae sit causa, cur in Thracia summa pietate culti sint cum Dioscuri tum Cabiri, tamen fieri potest, ut illa ad indigenarum nomina sint annexa

(cf. *Διασκούπορις* B. C. H. XIX 1895, 376 in Thracia.
quater *Διασκούπορις* B. C. H. XXII 1898, 486—488 in Thracia);

hoc enim modo optime explicatur forma *Διασκουρίδης*, quam in Phrygia saepe invenimus:

Διασκουρίδης Pap. Americ. sch. II 45 = B. C. H. II 1878, 250.
bis *Διασκουρίδης* Pap. Americ. sch. II 52 = B. C. H. II 1878, 254.
Διασκουρίδης Pap. Americ. sch. II 108 = B. C. H. II 1878, 255. C. I. G. 4367.
Διασκουρίδης J. H. S. VIII 1887, 245.

Cum in aliis oppidis tum Athenis Dioscuri cognominati Anaces honorabantur.[1])

Praeter *Ἄνακτας* Graeci venerabantur *Ἄνακτα*, qui deus primum ab Ottone Kern in titulo prope Enaea, oppidum Ioniae, reperto cognitus est.[2]) Cuius quae fuerit natura, optime nos perspicere existimo diis Semiticis ארון et בעל comparatis (cf. deam *Ϝάνασσαν* Hogarth Cyprus 33). Plerumque illum deum cum Iove

---

[1]) Cf. *Ϝάνακων* I. G. VII 2781, *Ἀνακώ* Plut. X orat. IV 24. 48. *Ἄνακος* Athen. XIV 629 a. *Ἀναξίδωρος* Plut. De gen. Socr. 4 Thebanus. *Ἀναξίδοτος* I. G. VII 1754. *Ϝαναξίδοτος* I. G. VII 3234, aliaque eius generis. Cf. Wilamowitz Nordion. St. p. 20, adn. 1.

Num iure cum iis *Ἀνακρέων*, *Ἀνακλῆς*, *Ἀνάκριτος* coniuncta sint, quamquam a vero non abhorret, tamen est in medio relinquendum.

Ἀνακρέων B. C. H. XXXII 1908, 82, tab. 4. Deli.
Ἀνακρέων Teius, poeta.
Ἀνακλῆς cf. Pape, quod confirmatur nomine
Ἀνακλῆς Imh.-Bl. I 287. Erythris.
Ἀνάκριτος Erythraeus S. B. P. A. 1900, 113.

Ad aliud Dioscurorum cognomen *Ἀμβούλιος*, cuius etiam Iovem et Minervam Spartae participes fuisse auctor est Pausanias III 13, 6, refert F. Bechtel nomen *Φιλάμβουλος* Cnidi repertum S. G. D. I. 3549, 362. Neque tamen haec coniectura propter quasdam dubitationes, quas compositio ac forma praebent, mea quidem sententia ad certitudinem adduci potest.

[2]) P. Wendland u. O. Kern: Beiträge zur griechischen Philosophie und Religion, p. 110 ss. Scribo *Enaea* pro *Anaea*, cf. Svoronos: Journal international d'arch. num. VIII 1905, p. 172.

positum esse in aequo atque ob eam rem magnum numerum nominum cum voce ἄναξ compositorum, quae frequentissime occurrunt, ad illum pertinere opinor. Alteram autem partem aliis diis attribuere melius est, tertiam non ad theophora esse referendam veri est simile. Atque ut de illo deo, ita de eo, qui *Βασιλεύς* vocatur, iudicandum esse puto; quocum necessitudine conexa est *Βασίλεια* eadem ratione atque apud gentes Semiticas dea בעלת cum deo בעל.[1]) Ad illos autem deos spectant cum alia hominum nomina (*Βασιλεόδωρος* I. G. III 1144, *Βασιλοκλῆς* Plut. De Pyth. orac. 1), tum haec Theraeorum[2]):

Βασιλοδίκα I. G. XII 3, 330, 103.
Βασιλόκλεια I. G. XII 3, 513 *a*.
Οὐλπ. Βασιλόκληια I. G. XII 3, 870.
Βασιλογένης I. G. XII 3, add. 1475.
Βασιλόθεμις I. G. XII 3, add. 1426.

Ἀσκλήπιος.

Patriam Aesculapii Thessaliam esse et Iliade et Hesiodi ehoea ad Coronidem pertinente, unde pendet Pindari tertium carmen Pythium, aperte demonstratur. Cum autem apud Homerum in numero principum Thessaliae commemoretur, apud reliquos poetas iam deus factus est. Neque tamen illa aetate cultus eius valde digressus erat. Etsi eum Pindari temporibus Epidaurii acceperunt, postea demum divulgatus est, unde fit, ut ante saeculum quartum nullum nomen ab Aesculapio ductum indagemus. Quamquam antiquiora theophora ad eum spectantia apud Thessalos in usu fuisse conicimus; sed eo tempore demum, posteaquam ars medicina in Ioniam translata et disciplina facta est, etiam deus, qui ei patrocinabatur, tantam auctoritatem adeptus est, ut ne ingenui nobilesque quidem homines liberos suos ei consecrare vererentur. Antiquissima igitur theophora ad eum pertinentia quarto demum saeculo non solum Epidauri, sed etiam in Ionia aliisque terris reperiuntur:

[1]) Vide quae exposuit H. Usener: Götternamen, p. 226 ss.
[2]) Cf. F. Bechtel, Hermes XXXIV 1899, 401 s.

Ασκλαπιάδας I. G. IV 1485, 10. a. c. 340. a. Chr. n.
Ἀσκληπιάδης Erythraeus Flinders-Petrie Naukratis p. 67. a. 330/300. a. Chr. n.
Ἀσκληπιόδωρος I. G. XII 1, 1041. Casi.
Ἀσκληπιόδωρος C. G. C. Macedonia 68, in Chalcidica, ineunte quarto a. Chr. n. saeculo.
Ἀσκληπιόδωρος Macedo Arr. Ind. XVIII 3.

In Asiam Minorem et in finitimas insulas cultus Aesculapii e Thessalia pervenisse [1]) videtur; hoc quidem non solum Herondas his ipsis verbis dicit: Her. II 97: *χὠσκλήπιος κῶς ἦλθεν ἐνθάδ' ἐκ Τρίκκης*, sed etiam eo demonstratur, quod fratri Hippocratis impositum est nomen *Ποδαλείριος* (St. Byz. s. *Κῶς*, Herondas IV 9), quocum artissime conexum est *Ἀσκλήπιος* (cf. illam egregiam etymologiam Fickii, B. B. XXVII 1902, 319 ss.).

Sed cum ad hoc tempus formam antea coniciendam, nunc repertam (I. G. IX 2, Scot. 397) *Ἀσκαλάπιος* etiam in Thessalorum nomine theophoro deprehendere existimaverint viri docti, inscriptione Thessalica, quae huc spectat, denuo edita a Kernio nomen **Ἀσκαλαπιόδουρος* Phalannae repertum haud recte esse lectum apparuit (I. G. IX 2, 1233). Quae cum ita sint, tollitur nomen Graecum, quod solum syllabas septem continet, si omiseris nomina eius generis, cuius est *Ἀσκληπιοδωριανός* Pap. Americ. sch. III 340.[2])

**Ἀσκαλαπιάδας* quoque, quod in titulo Magnetum occurrere contenditur, non solum incertum est (cf. adn. I. G. IX 2, Dem. 1143) sed etiam asservata parte litterae, quae antecedit secundae *ᾱ*, plane improbatur.[3])

---

[1]) Cf. U. de Wilamowitz: Isyllos von Epidauros 52 ss. Quae de Aesculapio disputavit Kjellberg: Mythologische-archäol. Studien I. Språkvetenskapliga sällskapets förhandl. Upsala 1894—1897, iusto iure esse refutata mihi videntur cum ab aliis tum ab Ed. Thrämer Berl. philol. Wochenschr. 1898, 236 ss.

[2]) Cf. Iac. Wackernagel: Die griech. Sprache, Kultur der Gegenwart, p. 295. Nomen *Ἀσκαληπιόδοτος* I. G. XIV 1421 (Romae) aut errore lapicidae vel editoris aut vi formae Latinae ortum esse mihi videtur.

[3]) Haud aliter de nominibus Thessalicis nunc indicat Nachmanson: Beiträge zur Kenntnis der altgriechischen Volkssprache p. 22 s. Nec maioris est momenti nomen *Ἄσκελις* I. G. IX 2, Pher. 431, quod theophorum esse ab Aesculapio derivatum putavit Otto Gruppe (Griechische Mythologie II 1440 s., adn. 11). Sed cum idem esse atque

Hoc unum nomen a communi forma differt:

Ἀσχλαπίων Ἀκρηφιεύς I. G. VII 2716.

Quodsi, quomodo Aesculapii cultus inferiore aetate se diffuderit pervestigamus, gravitatem eius per saecula valde augeri cognoscimus; ut exemplum afferam, in Attica, qua in terra cultum eius a Sophocle poeta institutum esse constat, cum usque ad annum a. Chr. n. tricesimum primum inter duo milia quingenta fere theophora quinquaginta sex ad Aesculapium pertinentia occurrant, tituli aetatis imperatorum a Guilelmo Dittenberger editi inter tria milia sescenta praebent nomina eius generis ducenta duo.

Αἰλία Φωσφορίς Arch. epigr. Mitt. 1885, 124. Ancyrae.
Φωσφόριος I. G. VII 96. 4. sc. p. Chr. n.
(cf. *Ἀστήρ* Lat. II 441. *Σελήνη* J. H. S. XXII 1902, 364; in Pisidia. *Ἥλιος* I. G. XIV 1637).
Ὑμέναιος I. G. XII 2, 256.
Ὑμεναίων Imh.-Bl. I 40. Abderae.
Ἔρως I. G. IX 2, Lar. 548, 11.
Ἀντέρως I. G. VII 1777.
Συνέρως C. I. G. 3332. Smyrnae.
Πόθος Eph. 172 similiaque.

Omnia fere eius generis nomina sunt recentioris aevi: sed quia iam aggressi sumus ad deos, qui habent inferiorem auctoritatem apud Graecos, nomina ad eos pertinentia omittam, praesertim cum pleraque, quae hominibus sunt indita, non ut dii honore afficerentur, sed ut homines, in quibus essent quaedam virtutes vel proprietates, cum diis compararentur, a genere eorum quae re vera in theophoris sunt ponenda, valde discrepent. Qua ratione existimo intellegenda esse nomina *Εἶρις* vel *Ἶρις*,[1] *Ναΐς, Μοῦσα, Πιερίς,* alia.

[1]) *Ἶρις* Plataeensis American journal of archaeology VII 1891, 409, 76. 2. sc. a. Chr. n. p. pr. *Ἶρις* I. G. III 3212.

Nomen deae antiquiore aevo fuisse *Ϝεῖρις* e titulo Atheniensi collegit Bechtel Hermes XLV 1910, 156 ss.; neque tamen formae *Ἶρις* certa desunt testimonia:

Ἶρις in vase Clitiae Ergotimique. Furtwängler-Reichhold I, tab. 2;
Ἶρις in vase rubris figuris ornato, Gerhard: Auserlesene Vasenbilder III, p. 87, n. 33. Furtwängler: Beschreibung der Vasensammlung im Antiquarium, Kgl. Museen zu Berlin II p. 540, n. 2264;

Μήτηρ θεῶν.

Antiquissimo cultu matrem deorum non solum gentes Asiae Minoris, sed etiam indigenas Cretae veneratos esse constat. Nec dubium est, quin recentiore aetate eius religionis nobilissima sedes fuerit Phrygia, cuius terrae incolae artissime cum Graecis necessitudine conexi ab indigenis illam receperunt. Unde nomen quoque deae posteriore aevo apud omnes fere usitatum in Graeciam illatum est; cuius antiquissima forma ab Hipponacte poeta memoriae tradita (*Κύβηλις* fr. 121) hominum nomina quaedam in Phrygia reperta illustrat et ab iis illustratur:

Κωβέλλις Pap. Americ. sch. II 79, nepos sequ.
Κωβέλλις Pap. Americ. sch. II 78. ‖ II 49 idem?
Κωβέλλις Ramsay Cit. I 288 = Pap. Americ. sch. II 92.
Κωβέλλις δὶς τοῦ Ἄττῃ Ποσειδῶνι ἐπηκόωι εὐχήν J. H. S. VIII 1887, 249 = Ramsay Cit. I 306 = Pap. Americ. sch. II 112.[1])

Quae nomina ad matrem deorum pertinere etiam eo confirmatur, quod pater unius ex iis, quos commemoravi, nomen suum a comite Cybelae, Attide, duxit.

Magnam matrem principio ut dominam ferarum hominumque adoratam esse atque maximam similitudinem ei cum Diana fuisse propterea verisimile est, quod nomen eius pertinet ad vocem *κυβηλίς* (id est securis) eadem ratione, qua nomen dei a Caribus culti, qui *Λαβραύνδας* appellatur, et oppidi ei consecrati conexum est cum vocabulo *λάβρυς*.[2])

Illius deae cultus, cum in regione meridiana Asiae Minoris

Ἶρον in vase Brygi, Furtwängler-Reichhold I. tab. 47. Catalogue of the Greek and Etruscan vases in the British Museum III p. 88.

Qua ex re duas formas apud Graecos in usu fuisse elucet, nec quomodo de nomine *Εἶρις* S. G. D. I. 1773 (serva), in eodem titulo *Ἶρις* a. 170/169 a. Chr. n., Delphis nobis iudicandum sit, nos latebit.

Vide quae nunc exposuit Bechtel Hermes XLV 1910, 617 s.

[1]) Cf. etiam *Μύταλις* Hippon. fr. 15: *Μοταλίς* Ramsay Cit. I 116 = Journal of philology XIX 69 ss. *Μοτάλης* in Cilicia, in titulo litteris cuneatis conscripto *mutallu*.

[2]) Perantiquissima est vox *πέλεκυς*. A Sumeriis enim, qui vocantur, (*balak* = securis) non solum Indi atque Graeci vocabula sua acceperunt (*paraśu* et *πέλεκυς*), sed etiam Assyrii *pilakku*.

cum Diana coniunctus sit, in Phrygia atque in terris, quae a parte septentrionali et orientali finitimae erant, est conservatus. Quarum ab incolis simplici nomine „Matris“ summa pietate colebatur.[1]) Ad eam non solum nomina Graeca spectant, sed etiam magnam partem nominum saepe ibi occurrentium, de quibus optime egit P. Kretschmer in libro ad historiam linguae Graecae pertinente, in theophoris ponendam esse censeo. Etenim ut nomen *Παπίας* separari non potest a Iove *Παπίαι*, ita nomina *Ἀμμίας* et *Ἀμμάς* hominibus imposita sunt, qui Magnam Matrem venerantur (cf. *Ἀμμάς· ἡ τροφὸς Ἀρτέμιδος· καὶ ἡ μήτηρ. καὶ ἡ Ῥέα· καὶ ἡ Δημήτηρ* Hesych. || *Ἀμμία τοῦ Παπίου* Pap. Americ. sch. II 12. Aphrodisiade); etiam nomina Carum finitimarumque gentium *Νάννας, Νάνναχος* (Coi; cf. *Μίδαχος* J. H. S. VIII 1887, 244; in Phrygia), *Νάννα* ab iis data sunt, apud quos Mater imprimis divino honore frueretur.

De nomine autem *Μᾶ*[2]) non aliter iudicandum esse eo confirmatur, quod cum theophoro *Μητρόδωρος* coniunctum apparet in titulo Attico: *Μᾶ Μητροδώρου* I. G. III 1510. Cum illo conexa coniunctaque sunt *Μάης* et *Μάις*, quae eodem modo atque *Μᾶ* cum aliis in regionibus tum in ora Ponti Euxini inveniuntur.

Μᾶ Lat. II 91[1].
Μᾶ Lat. II 243.
Μᾶ Lat. II 67[1].
Μάης Lat. II 172.
Μάης Lat. II 427.
Μάης Lat. II 452.
Μᾶ Lat. IV *Βοσπ.* 221.
Μᾶ Lat. IV *Βοσπ.* 262.
quinquies *Μάης* Lat. IV.
Μᾶ Τιανή I. G. II 3391.
Μάης I. G. II 5, 1328 *c* (in eodem tit. *Μήν* et *Σαγάριος*).
Μάης C. G. C. Caria 255. Rhodi. a. 166/88 a. Chr. n.
Μάης Μάου I. G. XIV add. 986. 987.
Μάης (?) C. I. G. 2347 *c*, cf. Guil. Schulze G. G. A. 1897, 882.
Μᾶς f. C. I. G. 4411 *a*. Heb.-Wilh. nr. 264, aliique plures, cf. Reinach, Revue ét. gr. II 1889, 269 s., qui ipse quoque complura exempla affert.

---

[1]) Forsitan huc pertineat nomen Phrygium *Μάταρ*, quod occurrit in titulo J. H. S. XIX 1899, 84: *Ἀνέστησαν Ἄνναν τέκνα Ἄμων κὲ Ἀπόλλων κὲ Μάνης κὲ Μάταρ μνήμης χάριν.*

[2]) *Μᾶ* dea in inscr. Phrygia A. M. XXIII 1898, 362.
Μᾶ dea Byzantii C. I. G. 2039; Pergami A. M. XXIX 1904, 170.
θεᾷ Μᾶ A. M. XXXIII 1908, 145. Constantinopoli rep.

Num I. G. C. Anderson, qui nomina *Μαιδάτας* et *Μαιφάτας*[1]) ad Magnam Matrem ponere proposuit (J. H. S. XVIII 1898, 123), recte iudicaverit, ego quidem in medio relinquo, etsi illius sententiam ad verum accedere nullo pacto nego.

Quibuscum comparandum est nomen regis clarissimi Cariae *Μαΰσσωλος* (cf. Guil. Schulze M. Rh. XLVIII 1893, 257, adn. 3).

Μαΰσσωλος Le B.-W. 340. 341. 377. 379. Mylasis.
Μαΰσσωλος A. M. XV 1890, 252. Halicarnassi.
Μαΰσσωλος Πλοῦ ἐκ Γερδίνων Magnesia 4, 1, 12.

Ab incolis Phrygiae Cybelae cognomen *Ἄδραστος* impositum est (B. C. H. XI 1887, 349 et saep.): ad quod pertinere partem nominum *Ἄδραστος*, quae saepe reperiantur in Phrygia,[2]) improbandum est, cum nomen illud Graecum sit (cf. *Εὔδραστος* I. G. II 3616), nisi forte vocem Phrygiam ei persimillimam cum ea confusam esse existimaveris.

Nec vero, quin plurima nomina Graecorum, quae stirpem *μητρ-* continent ad Cybelam referenda sint, potest dubitari. Atque haec quamquam frequentissima esse in Asia Minore apertum est, tamen non eodem modo in omnibus partibus illius terrae in usu fuerunt. Cum in Phrygia inter mille quingenta theophora triginta occurrant, quae cum verbo *μήτηρ* composita sunt, in Ionia autem inter mille centum octoginta quinque, in regione meridiana Asiae Minoris aliquanto rariora sunt, quia nominibus ad Dianam spectantibus compensantur.

Ad Graecos ille cultus videtur pervenisse in Ionia, qua in terra theophora ad Matrem deorum pertinentia satis frequenter inveniri paulo ante demonstravimus. Unde non solum Proconnesum, Lampsacum, Maroneam[3]) et in insulam Thasum et ad

[1]) *Μαιδάτας* P. H. 44, 31. Coi.
Μαιδάτας I. G. VII 1184.
Μαιφάτης A. M. XIV 1889, 316. C. I. G. 4184. Hirschfeld, Inschr. a. d. Nord. Kleinas. 73.
(Cf. *Μαιφερνο-* C. G. C. Phrygia 83. Apameae. a. 57,53 a. Chr. n.
Μαιβουζάνης B. C. H. VII 1883, 130; in Cataonia.)

[2]) Antiquissimum exemplum praebet nomen Phrygis cuiusdam, qui fuit Croesi temporibus, Herod. I 35. 45. al.

[3]) *Μητρόδωρος* Proconnesius Herod. IV 138. — *Μητρόδωρος* Lampsacenus Plat. Ion. 530 c. D. L. II 3, n. 7. *Μητρόδοτος* Maronites

alia loca orae septentrionalis maris Aegaei pervenit, sed etiam Chium Samumque et in finitimas insulas traductus est.

Inter continentis Europae gentes, quae iam antiquiore aevo cultum Cybelae receperunt, omnibus fere antecedunt Athenienses Ac primum quidem advenae servique, deinde etiam nobiles et ingenui illam deam venerabantur. Post Alexandrum autem Magnum temporibusque Romanorum religio eius magis magisque sese insinuavit. In septentrionalem quoque Graeciam a servis illata est; etiam in titulis huius regionis interdum reperiuntur nomina a Matre deorum derivata, quae posteriore aetate etiam hominibus ingenuis imposita sunt; sed illam in Boeotia modo penitus penetravisse docent theophora (iam a Pindaro Magnae Matri, cuius fanum prope domum eius situm erat, dedicationem factam esse constat, Schol. Pyth. III 137, cf. de Wilamowitz S. B. P. A. 1901, 1298 s.); nec vero in Peloponneso ullam auctoritatem assecuta est, cum Peloponnesii, quippe qui antiqua conservarent, semper fere alienos cultus recipere vererentur. Etiam in Macedonia et in Thracia haud multum valet mater deorum Cybela. Cuius rei causa ex eo repetitur, quod ibi et auctoritas Cereris erat maxima et Thraces variis nominibus persimiles eius deas adorabant, quarum in numero prima Bendis commemoranda est, quod eius cultus, quem et Plato et poetae comici commemorant, iam a Pericle Athenas illatus[1]) quinto saeculo etiam apud nobilissimos permagna erat gravitate.

Ad illam deam spectantia nomina sunt haec reperta in Attica:

Βενδιδώρα I. G. II 1601.
Βενδιφάνης A. M. XXIII 1898, 29. XXV 1900, 35. a. 404/403 a. Chr. n.,

in Thracia autem:

Μενδίδωρος C. I. G. 2034. S. G. D. I. 3058. Byzantii.[2])
Βενδῖ[ς] Ζητᾶ (sic legendum est, non *Βενδίζητα*, cum notum sit nomen *Ζητᾶς*) B. C. H. XXI 1897, 125.

C. G. C. Thrace 124. 5. sc. a. Chr. n. — *Μητροφῶν* Maronites C. G. C. Thrace 125. 4. sc. a. Chr. n.

[1]) Cf. Preller-Robert I 328. A. Trendelenburg index pens. gymn. Ascan. Berolinensis 1898.

[2]) *Μενδῖς* = *Βενδῖς* Bekker Anekd. Graec. 1192. Cf. in lingua Lyciorum *Πυριμάτης : Πυριβάτης* Lyc. I 25.

Βενδιδώρα Lysimachiensis I. G. II 3145.
Βενδῖς I. G. XII 8, Thas. 478.
Βενδοῖς I. G. XII 8, Thas. 622 est genetivus; itaque sequor sententiam Friderici Hiller de Gaertringen, qui etiam in insequenti versu legit pro *Αὐρ. Εὔτυχος Αὐρ. Εὐτύχου.*
Βενδῖς Ἐφ. ἀρχ. 1909, 22. Thasi.
Μενδῖς Δημ^0 433. Thessalonicae.
Ὀνδῖς B. C. H. XXI 1897, 128. Qua ex nominis forma fortasse colligere licet deam a Thracibus *Fενδῖς* appellatam esse.
Μενδᾶς A. M. VI 181, 121. Cyzici.

Mendidium legendum est apud Livium XXXVIII 41; neque enim, cum omnes codices hanc formam praebeant, est, cur *Bendidium* scribamus.

Eandem religionem etiam incolis Bithyniae notam fuisse docet mensis *Βενδίδιος*.[1]) Sed num e nomine *Βενδιδιανός* (6. sc. p. Chr. n.) recte collegerit C. Holl (Hermes XXXXIII 1908, 241) deam adoratam esse in Mysia, in dubio relinquo; namque cum illius intellegendi causa opus sit lingua Latina, facere possumus, ut totum nomen Romanum esse putemus (cf. nomen *Βενδίδιος* = *Οὐεντίδιος* Zonaras V 10.)

Non eodem eventu cultus alius deae, cui nomen erat *Κότυς* vel *Κοττυτώ*, in Graeciam a Thracibus translatus est. Etenim cum et apud Thraces et apud Phryges, quos necessitudine artissime conexos vel ex hominum nominibus elucet, theophorum *Κότυς* ad illam deam pertinens satis usitatum sit:

Κότυς A. M. V 1880, 389. A. M. X 1885, 20. Cyzici.
Κότυς A. M. X 1885, 317. Odessi.
Κότυς Thrax B. C. H. V 1881, 411. Delphis.
Κότυς I. G. XII 8, l. Samothr. 195, 14.
Κότυς I. G. XII 8, Imbr. 103, 3.
Κότυς Bulg. 83. 177. 191. 206. 207.
Κότυς Bulg. 176.
Κότυς Bulg. 34 I 36.
Κότυς B. C. H. XXII 1898, 486, aliaque, cf. A. Fick: Spracheinheit der Indogermanen 409,[2])

apud Graecos nullum invenimus ab illa ductum nisi in Sicilia nomen *Κοτυτταρίς*, quod praebet Theocriti carmen *Βουκολιασταί*

[1]) *Βίθυς* est filius Iovis et Thracae nymphae, App. Mithrid. 1.

[2]) *Κότυς* numen Edonum Strab. X 470 et alii. Dies festus *Κοτύττια* Strab. X 470 in Thracia et in Sicilia, Plut. Prov. 1, 78. *Κοττυτώ* Corinthi, Hesychius.

(VI 40).[1]) (Idem latere in *Κυτώταρις* Bass. 2 [XI 72] opinatur Guil. Pape.)

Ut Veneri Adonis, ita Cybelae Attis comitem se adiunxit. Cuius clarissimus cultus erat Pessinunte,[2]) quo in oppido pontifici maximo dei idem nomen Attis datum est; alibi hoc hominibus non est inditum, sed saepissime reperitur nomen *Ἄττης*, interdum *Ἄτυς* (cf. nomina *Ἀλυάττης* et *Σαδυάττης*); neque etiam *Ἀττινᾶς* separandum est a Iove, quem gentes illarum regionum Attidem vocant (cf. *Ἄδωνις*: אדון et בעל) (eum Iovi *Παπᾶς* parem positum reperimus in hymno Hippol. Refut. V 9, cf. G. Kaibel N. G. G. 1901, 498 et Wilamowitz Hermes XXXVII 1902, 330); denique nomen *Ἄτταλος* num idem contineat elementum atque theophora, quae attuli, diiudicare non possum; sed multos, qui illo appellati sunt, nomen suum a regibus Pergamenorum duxisse certum est. Omnia autem, quae hic commemoravi, nomina haud longe ultra fines patriae dei sunt dilata.

Μήν.

Inter omnes fere nostrae aetatis viros doctos deum a Phrygibus adoratum, qui nominatur *Μήν*, lunarem esse constat. Quamquam huic sententiae repugnat atque adversatur nomen servile *Μανόδωρος* Aristoph. Aves 657, quod cum voce Graeca *μήν*, quae continet sonantem principalem *ē* (cf. Latinam *mensis*, Goticam *mēna*, Lithuanam *mėnů*), conectere non licet, sed illam formam explicari nomine eiusdem servi *Μάνης* (v. 523), quod artificiose auctum esset, ut nomen compositum oreretur, contenderunt viri docti (cf. F. B. 195). Attamen non solum occurrit etiam in inscriptione Attica I. G. II 3918 theophorum *Μανόδωρος*, quod eadem ratione intellegi posset, etsi illis temporibus nomina a comoediis petita esse vix suspicamur, verum etiam ad ea accedit

[1]) Cf. Athenaris C. I. L. VI 8112, *Ἀθηναΐς* (?) Guil. Schulze M. Rh. XLVIII 1893, 253.

[2]) Cf. H. Hepding, Attis p. 125 ss.

nomen *Μανόδοτος* in via, quae Smyrna fert Cassabam, repertum (A. M. XX 1895, 498), quod num eodem modo possit explanari a viris doctis, ego quidem valde addubitem. Sed ut haec concedantur, qui tandem non modo concedi, sed omnino intellegi potest praeter nomina *Μῆνις, Μήνιος,*[1] *Μήνιχος, Μηνᾶς* inveniri etiam *Μᾶνις, Μάνιος, Μάνιχος, Μανᾶς*?

Μᾶνις I. G. I 324; I suppl. 151. 321 III 37. || Lat. II 24. || B. C. H. XIII 1889, 340. prope Cibyram.

Μάνιος Cat. De r. r. 191. Martial. X 20, 5. Pers. VI 56. Petron. Sat. 45. Fest. s. v.

Μάνιχος I. G. IX 2, Scot. 405.

Μανᾶς Pap. Americ. sch. II 250. B. C. H. VII 1883, 147.

Denique inscriptionem commemorandam esse arbitror, quae, quamquam recentioris est aetatis ut reliquae omnes ad Manis[2]) cultum pertinentes, tamen habet aliquid momenti:

. . . *Ἑκάται καὶ Μανί* . . . J. H. S. XVII 1897, 283; in Mysia.

Ego quidem, cum animo non percipiam, cur aut a femina, quae illum titulum dedicavit, aut a lapicida, qui eum incidit, grammaticis adhibitis rationibus nomen dei hyperaeolismo mutatum esse coniciamus, illa inscriptione antiquiorem formam nominis servatam esse persuasum habeo. Quibus quae attuli commotus sententiam Gu. Ramsay, viri de Phrygia exploranda optime meriti, denuo probandam ac stabiliendam esse censeo; ille enim iam J. H. S. IV 1883, 31 deum, qui *Μήν* appellaretur, a Graecis demum ad lunam annexum esse intellexit. A Phrygibus autem eum non *Μήν*, sed *Μάν* aut *Μάνης* nominatum esse, cf. Manes, deus Phrygum, Herod. I 94. IV 45. Dion. Hal. I 27. St. Byz. s. *Ἀκμονία;* oppido Phrygiae nomen est *Μανήσιον* St. Byz.

Neque eo, quod in monumentis cornutus est, illum esse deum lunarem demonstratur, nam in arte Asiatica etiam deos solares cornua ferentes esse effictos hoc loco exemplo Melcarti docere satis habeo.

---

[1]) In titulo a Salomone Reinach edito Chron. d. Or. 22: *ἑλέσθαι δὲ καὶ ἄνδρα καὶ ἀναγγελοῦντα Κυμαίοις, δοῦναι δὲ καὶ τὸ ἀνάλωμα *Μήνιον τῶν ταμιῶν πυρ* . . . legendum esse *μήνιον* mea quidem sententia apparet.

[2]) Hoc nomen suppono in locum usitati Luni.

Itaque optimo iure Ramsay Phryges olim non lunarem, sed solarem deum adoravisse opinatus est; etenim nonne veri est similius illos veneratos esse Solem quam Lunam?

Quae regio dei Manis patria sit, non minus recte cognovisse Gu. Ramsay mihi videtur. Nam cum nomina *Μῆνις* et *Μάνης*, quae a Mane nullo pacto separanda sunt, in parte meridiana Phrygiae tam frequenter occurrant, ut non solum illis nullum sit usitatius, sed etiam homo quidam Phrygius duobus filiis idem imponere non dubitaverit (J. H. S. VIII 1887, 248), iure colligitur ibi cultum dei esse ortum. In Phrygiae autem regione septentrionali *Μὴν Ἀσκαηνός* adorabatur, quocum conexum est nomen lacus Ascanii (cf. אשכנם Phryges). Etsi non certe diiudicari potest, utrum nomen, quod iam occurrit in carminibus Homericis (*Ἀσκάνιος* Phryx Il. *B* 862. Strab. XII 565. *Ἀσκάνιος* Mysus Il. *N* 792. Qu. Smyrn. IX 192), pertineat ad deum an ad terram, tamen hoc non omittam, cum illud per multa saecula apud Phryges in usu fuisse commemoratu dignum sit.

Sed iam ad theophora a nomine ipso dei derivata recurramus! Haec quidem cum usitatissima esse in Phrygia appareat (nam inter mille quingenta theophora ducenta triginta tria occurrunt), in finitimis terris sic distribuuntur:

in Lydia inter ducenta decem theophora octo,
in Ionia inter mille centum theophora sexaginta unum,
in Isauria inter ducenta septuaginta theophora decem,
in Bithynia inter trecenta theophora viginti tria,
in Aeolide inter quadringenta theophora triginta octo nomina eius generis reperiuntur.

Graeci primum illa in Asia Minore et in insulis adhibuerunt; iam quinto a. Chr. n. saeculo occurrunt *Μάνης* Cyzicenus, S. G. D. I. 5522; *Μηνόδωρος* Cyzicenus S. G. D. I. 5523, a. c. 400 a. Chr. n.; *Μηνοφάνης* I. G. XII 5, 607, Cei.

Etiam ingenuis Graecis iam insequenti saeculo nomina ad illum deum spectantia imposita esse docet theophorum *Μηνόδοτος* Regl. 1104, Colophone, 4. sc. a. Chr. n. Quanta autem pietate Graeci recentiore aetate Manem coluerint, ex eo intellegitur, quod Pergami inter mille ducenta triginta theophora centum sexaginta septem ad eum pertinent.

Sed in insulis numerus eorum valde minuitur; in Graecia vero continenti theophora eius generis frequenter non nisi in Attica reperimus. Neque tamen Gu. Drexler,[1] qui illam religionem Atticae fines non excessisse arbitratur, assentior, quia iam secundi a. Chr. n. saeculi inscriptionibus praebentur nomina *Μηνόδοτος* Num. Z. I (XLI) 1908, p. 13. a. 229 100 a. Chr. n. Apolloniae (Dyrrhachii) *Μηνόδωρος Μεσσάνιος* Olympia 52, 4, 32. a. c. 140. a. Chr. n. Sed etiam in aliis regionibus hunc cultum ignotum non fuisse ex his exemplis apparet:

> *Μηνοφάνης* Lacedaemonius C. I. G. 1369.
> *Μηνόφιλος* B. C. H. XIX 1895, 161. Orchomeni. a. 240 230 a. Chr. n.

In Thessalia occurrunt duodecim nomina eius generis, in insulis Ionicis duo, in Boeotia duo, totidem in Euboea, in Argolide sedecim, in Arcadia duo.

Etsi in numero eorum nonnulla extant, quae servis aut libertinis indita sunt, tamen ab iis quoque deum adoratum atque religionem eius dilatam esse nobis opinandum est; neque enim eos, qui *Μηνογένης* vel *Μηνόδωρος* nominati sunt, cultum dei, cuius in tutela erant, neglexisse verisimile est, sed semper eos, cui deo pueri ipsi essent consecrati, conscios fuisse, cur improbemus, non intellego.

Quae cum ita sint, tamen illius dei auctoritatem in Graeciae continenti multo minorem fuisse concedimus. Et omnino fere repudiatus esse videtur in Macedonia atque in Thracia; nam inter quadringenta quinquaginta theophora, quae continent tituli a Marg. Demitsa et ab E. Kalinka editi, nomina a Mane derivata non reperiuntur nisi haec:

> *Μηνόδωρος Δημ*^{o} 1080 (scr. *Μανοδ*^{o}).
> *Μηνόδωρος* Bulg. 263.

Graccos interdum filiis suis nomina imposuisse, quae suis nominibus non sententia, sed sono similia essent, demonstravit G. Neumann l. l. p. 10, adn. 1;[2] cuius opinio optime confirmatur theophoris

---

[1]) Roscher II 2, 2733.

[2]) Cf. exempli gratia *Πολλιάδας Ἀπολλοδώρου* I. G. IV 926, 36. 87. *Πόλλις Ἀπολλωνίου* Priene 260. 262.

ad Manem pertinentibus; etenim quomodo ad antiquiora sono consimilia annectantur, haec docent exempla:

Μηνιάς Μενελάου B. C. H. XII 1888, 277. Myndi.
Μήνιος Μενεκλέους I. G. XII 2, 324.
Μηνόφαντος Μενεστράτου A. M. XXIX 1904, 172. Pergami a. 147/146 a. Chr. n.
Μηνόφιλος Μενεδήμου A. M. XXXIII 1908, 399. Pergami.
Μηνόφιλος Μενεκράτου A. M. XXXIII 1908, 400. Pergami.
Μηνόφιλος Μενεκλέους Ramsay Cit. II 699. B. C. H. XVII 1893, 277.
Μηνόδοτος Μενίππου *M. κ. B.* Α' 133; in Mysia.
Μηνόδωρος Μενεκλέους J. H. S. XV 1895, 101; in Lycia.
Μηνόδωρος Μενεκλέους B. C. H. XXIV 1900, 44 s.; in Caria.
Μηνᾶς Μένητος *M. κ. B.* B' β' 23. Hermes 7, 114. Sesti.
Μηνόφιλος Μενάνδρου A. M. XXIX 1904, 172. Pergami. a. 147/146 a. Chr. n.
Μηνοδότη Μενοίτου I. G. IV 138.
Μηνοφίλα Μενεκράτου I. G. IV 1591.[1])

Alii dei barbarorum.

Hunc locum idoneum existimo, quo nonnulla verba faciam de aliis barbarorum diis, quorum nomina ad theophora formanda usurpata sunt. Primum autem nomen, cuius mentionem facio, iam recte explicatum est a J. Demargne, qui hunc titulum Piraei repertum edidit: B. C. H. XXIII 1899, 371: *ἐπαινέσαι Στέφανον τῆς τε πρὸς τὴν Βένδιν καὶ τὸν Δηλόπτην καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς εὐσεβείας ἕνεκεν.*

Πολλιας τῶ Ἀπελλ[...] B. C. H. XIII 1889, 56. S. G. D. I. 5076; in Creta.
Σημωνίδης Σιμωνίδου *Ἐφ. ἀρχ.* 1895, 138; in Euboea.
Ἀνταγόρας, filius *Βραχύλλου* I. G. XII 1, 764, 18 et
Ἀνθαγόρας, pater *Βραχύλλου* I. G. XII 1, 764, 38.

[1]) Nomina Cypria, quae affert Hoffmann Dial. I 89, nr. 183. 184, transcribenda sunt non **Μηνοκράτης* et **Μηνοκλῆς*, sed *Μενοκράτης* et *Μενοκλῆς*, id quod his testimoniis commendatur:
Μενοκράτης S. G. D. I. 5033; in Creta.
Μενέτιμος Μενοκρέτεος S. G. D. I. 1189. Fougères: Mantinée p. 537; in Arcadia; duae igitur extant formae *Μενε-* et *Μενο-*.
(Cf. etiam *Μενίλας* — *Μενίλας* C. G. C. Cyprus XCII s.)

Cum illo deo cohaeret nomen *Δηλόπτιχος*, quod et apud orae septentrionalis Ponti Euxini incolas et apud Byzantios in usu fuisse his testimoniis ostenditur:

Δηλόπτιχος Lat. II 21. C. I. G. 2108 *g*. Panticapaei.
Δηλόπτιχος Byzantius I. G. VII 2418.

Nomina a deo Thracio ducta incolis Byzantii indita esse nemo mirabitur, qui nomen *Βύζης* in Thracia saepissime inveniri non ignorabit (cf. Bulg. 34 I 40; 45. 34 I 13); ex hoc enim oppido ipsi nomen impositum esse Thracium colligitur.[1]) Ceterum F. Bechtel affert formam **Δαλόπτιχος*; quae quamquam a Georgio Neumann aliisque commemoratur, tamen a me non est inventa; fortasse, ni fallor, eo orta est, quod hoc nomen in theophoris ad Apollinem Delium spectantibus est positum; nec vero illa inscriptione, quam supra attuli, reperta dubitari potest, quin ab iis segregandum sit; atque idem demonstratur littera *η*, quam nomen in titulo Thebano inventum continet, etsi ille dialectum optime conservavit.

Multo autem saepius quam illa theophora praecipue recentiore aetate in titulis Graecorum occurrit nomen *Δᾶος* (Latine *Davus*), quod imprimis servis datum esse inter omnes constat. Quod si consideramus, qua in regione maxime in usu fuerit, patriam illius Phrygiam esse cognoscimus; atque haec quidem res confirmatur inscriptione, in qua deus *Δᾶος* cum Hecata ac Phoebo coniunctus commemoratur:

J. H. S. IV 1883, 420 = Ramsay Cit. II 566, prope Acmoniam: *Ἀθάνατος Ἐπιτύνχανος Πίου τιμηθὶς ὑπὸ Ἑκάτης πρώτης, δεύτερον ὑπὸ Μάνου Δάου Ἡλιοδρόμου Διός, τρίτον Φοίβου Ἀρχηγέτου Χρησμοδότου ἀληθῶς δῶρον ἔλαβον χρησμοδότιν ἀληθείας ἐν πατρίδι κὲ ἐν ὅροις χρησμοδότιν νόμους τιθῖν ἐν ὅροις χρησμοδότιν κτλ.*

Cf. hominum nomina:

Δᾶος I. G. VII 905. 3318.
Δᾶος I. G. II Add. 834 *b* I 19. 47.
Δᾶος I. G. II Add. 834 *b* I 54.
Δᾶος I. G. II Add. 834 *b* I 25.
Δᾶος I. G. II 5, 771 *b*.
Δᾶος I. G. II 5, 834 *b*, col. I 56.
Δᾶος A. M. XXI 1896, 438. a. c. 135. a. Chr. n. Athenis.

[1]) Ego etiam nomen *Βύζης* theophorum esse suspicor.

Δᾶος I. G. XII 8, Thas. 592.
Δᾶος I. G. XII 8, Samothr. 177, 5.
Δᾶος Herondas V 68.
Δᾶος I. G. IV 1037.
Δᾶος Revue de philol. 1901, 10. Mileti.
Δᾶος B. C. H. XXIV 1900, 63; in Caria.
Δᾶος J. H. S. VIII 1887, 232; in Phrygia.
Δᾶος Ramsay Cit. I 305.
Δᾶος Ramsay Cit. I 329. C. I. G. 3956 *b*. Le B.-W. 1700. J. H. S. VIII 1887, 220 ss.
Δᾶος persaepe in regione meridiana Phrygiae.
Δᾶος *M. κ. B. A'* 132; in Mysia.
Δᾶος J. H. S. XXIV 1904, 33. Cyzici.
Δᾶος Δάου Ἡρακλεώτης I. G. III 2437.
Δᾶος Ἡρακλεώτης I. G. II 2927.
Δᾶος Ἀμισηνός I. G. III 2267.
Δᾶος Τύριος I. G. II 3015, aliaque.

Denique addo nomina:

Πλείστωρ Atheniensis Dem. 37, 4 (: *Πλείστωρος* numen Thracum Her. IX 119, cf. F. B. 306),
Δολιχηνάριος Heb.-Wilh. 139 (pertinens ad Dolichenum).[1]

Μίθρας.

Cultus dei Persarum Mithrae, cuius nomen iam in antiquissimo titulo litteris cuneatis conscripto, qui in Cappadocia repertus est, extare demonstraverunt Hugo Winckler et Eduardus Meyer (Mitt. d. Deutschen Orientgesellschaft 35, 51; K. Z. XLIII 1909, 25), haud multum ultra finitimas terras dilatus in Graecia ipsa auctoritate valuisse videtur. Nam praeter theophorum *Μιθραδάτης*, cuius e forma, ubi ortum sit, iam elucet, nomina *Μίθρας, Μίθρης* similiaque, si recedamus ab Attica, quo omnes fere religiones alienae pervenerunt, non frequenter nisi in Asia Minore inveniuntur.

Etiam aliis nominibus barbarorum iam antiquis temporibus quibusdam de causis Graeci utebantur; quam rem ut documento confirmem, affero duo nomina: *Φαρνάκης* et *Μίδας* (*Μίδας αὐλητής* Agrigentinus Pind. Pyth. XII 5; hoc nomen illi homini impositum esse mihi videtur propter artem, qua excellebat).

[1]) Cf. de Dolicheno Joh. Ilberg, Neue Jahrb. für Phil. u. Päd. IX 1902, p. 741.

Dei Aegyptii.

Inter omnes constat expeditionibus Alexandri magnam omnium fere rerum factam esse commutationem, quae etiam apparet patetque in religione ac cultu Graecorum; nam ex illis temporibus deorum auctoritatem Aegyptiorum valde augeri cultumque eorum increbrescere videmus. Quorum in numero imprimis commemorandam esse existimo Isidem; Graeci enim a nomine eius,[1]) quam summa pietate venerabantur, a tertio a. Chr. n. saeculo usque ad postremam aetatem permulta theophora duxerunt. Tamen haec non eodem modo in omnibus Graeciae et Asiae Minoris regionibus esse dilata notandum est; neque enim, ut exemplum afferam, inter mille quingenta theophora Phrygia ullum invenitur, quod ad Isidem pertinet, cum sanctissime dea coleretur in Macedonia, in Thessalia, in Argolide, Amorgi, Naxi, Syri, Ii, Andri (Ii Andrique etiam hymni celeberrimi Isidis reperti sunt), Mileti, Prienae. Praecipue in Cypro theophora non solum Graeca, sed etiam Phoenicia cum ad alios Aegyptios deos, tum ad Isidem spectantia haud raro reperiuntur:

עבדאס C. I. S. I, 1, 50 et alia.[2])

In numero theophororum, quae ad Isidem pertinent, non modo *Ἰσιγένης* (*Ἰσιγᾶς*), *Ἰσίγονος*, *Ἰσίδοτος*, *Ἰσίδωρος*,[3]) *Ἰσικλῆς*, *Ἰσικράτης*, *Ἰσίτυχος*, *Ἰσίφιλος* (*Ἰσιφᾶς*, [*Ἰσιχάρης*]) similia referenda esse, sed etiam partem quandam eorum, quae stirpem *Ἰσο-* continent, ex his exemplis colligendum est:

Ἰσίγονος Ἰσοδώ- Num. Z. XXI 151. Sardibus.
(cf. *Ἰσόδωρος* Priene 107, 1; idem(?) 356, 3.

[1]) Antiquissima forma nominis occurrit in titulo in Aegypto reperto *Εἶσις* J. H. S. XXIV 1904, 337. S. G. D. I. 5771, cf. ea, quae annotavit F. Bechtel ad l. c. Udalrici Wilcken sententiam secutus.

De nomine *Εἴσιον* I. G. XII 5, 186. Pari. 2. sc. a. Chr. n. cf. Ad. Wilhelm A. M. XXIII 1898, 438. Guil. Schulze G. G. A. 1890 (in I. G. XII falso 1896), 254, adn. 1.

[2]) Cf. Frid. Baethgen: Beiträge zur semitischen Religionsgeschichte: Der Gott Israels und die Götter der Heiden, p. 63 s.

[3]) Cf. *Isiduru* Orchoae, in oppido Babyloniae, repertum. Nomen **Ἀνδρεισίδωρος*, quod commemoratur in titulo B. C. H. XIV 1890, 650 summa diligentia in indicem receptum est (legendum est *Ἀνδρ. Εἰσίδωρος*.)

Ἰσόδωρος Priene 133, 4.
Ἰσόδωρος Arcad. 72, 10.
Ἰσόδοτος B. C. H. X 1886, 238, Panamarae. || I. G. XII 1, 46, 305. 300 et *Σεραπόδωρος*, *Ἀρτεμοκλῆς*, sim.).

Denique commemoratu dignum esse mihi videtur nomen *Εἰσιόνικος* Anc. Gr. inscr. IV 1, 924 *c*, Branchidis, aet. Rom. Rev. ét. gr. VI 1893, 195, quod eo Isidi ludos Branchidis aut in finitima regione editos esse demonstratur.

Vix minorem quam Isidis auctoritatem Sarapidis[1]) fuisse e theophoris elucet, cuius imaginem, postquam Graeci cultum eius eodem fere tempore quo Isidem receperunt, primus Bryassis effinxit; iam ineunte secundo a. Chr. n. saeculo occurrit theophorum *Σαραπίων* in nummo, qui oppido Ambraciae attribuendus est (C. G. C. Thessaly 96).

Nomen dei, cuius cultum Ptolemaeus Lagi filius Alexandriam importavit (cf. E. Schmidt: Kultübertragungen, Religionsgesch. Versuche u. Vorarbeiten VII 2, p. 47 ss.), Graecos compositum putavisse mea quidem sententia vel inde apparet, quod theophora, in quibus dei nomen cum alia voce compositum est, satis raro reperiuntur:

Φιλοσέραπις I. G. VII 2096.
Φιλοσέραπις A. M. XXIII 1898, 36; in Attica. I. G. III 810. 1160. 1163.
Σεραπόδ- I. G. XII 3, Mel. 1117.
Σεραπο- I. G. XII 5, 173 VI. Pari.
Σεραπιόδωρος A. M. XXV 1900, 428; in Phrygia.
Φιλοσέραπις *M x. B′ α′* 117, cf. *B′ β′* 29; in Mysia; aet. Rom.
Αὐρ. Σεραπόδωρος Arch. epigr. Mitt. 1887, 46. Tomis. a. c. 200. p. Chr. n.
Αὐρ Σαραπόδωρος Gerasa 26 (H. Lucas, Mitteilungen u. Nachrichten d. Palästinavereins 1901).

A quibus separanda sunt nomina huius generis, quae omnia fere Aegyptiis sunt indita:

Σεραπάμμων C. I. G. 4832, 2.
Σαραπάμμων Catalogue général des antiquités égyptiennes du musée du Caire, Greek inscriptions, nr. 33028[1] 5. 9310. 1. B. C. H. XXVII 1903, 373. Alii apud Pape. (Cf. *Σεράμμων* I. G. XIV 1794.[1])

[1]) De nominis forma egit J. Schmidt, K. Z. XXXII 1893, 358 ss. Praeterea vide de nomine Sarapidis C. F. Lehmann-Haupt: Zeitschrift für Assyriologie XII 1897, p. 112, 396 ss. a : e, cf. F. Delitzsch: Assyrische Grammatik[2] § 43 *e*, p. 94 s.

[1]) Etsi inveniuntur *Σεραπάμμων* et *Σεράμμων*, tamen non sine

Ἑρμαπόλλων Catalogue général nr. 33028[1], 29.
Ἡρακλάμμων Catalogue général nr. 9282, 2.
Νειλάμμων Catalogue général nr. 33028[1], 7.
Ἁρποκράμμων Catalogue général nr. 33028[1], 33.

A Sarapide in Graecia omnino fere loco suo demotus est Osiris, qui in Aegypto persaepe cum Iside coniunctus adorabatur. Inter theophora Graeca unum ad Osirim referre licet:

Ὀσιρ- C. G. C. Phrygia XLVI. Cibyrae. Imh. Bl. I 396.

Quin etiam Graeci usque eo processerunt, ut theophora Phoenicia עבדאסר et אסרשמר (C. I. S. I 1, 122) nominibus *Διονύσιος* et *Σαραπίων* redderent.

Cultum Ammonis, cum iam antiquiore aevo Graeci eum recepisse videantur — namque a Pindaro, Herodoto, Aristophane, Platone, aliis eum commemorari notum est —, tamen non eandem gravitatem assecutum esse quam Sarapidem Isidemque optime docetur theophoris; nomina enim *Ἀμμώνιος, Ἀμμῶνις* (I. G. XIV add. 1716 *a*), *Ἀμμωνόδοτος* (I. G. XIV 421 I),[1] *Ἄμμων* (I. G. IV 77). *Ἀμμωνία* (*Ἐφ. ἀρχ.* 1892, 146) multo esse rariora quam quae ab illis diis ducta sunt, neminem effugiet, qui ea perlustraverit.

Raro autem reperiuntur theophora ad alia numina Aegyptiorum pertinentia; quorum e numero exempli gratia affero haec:

Ἀρποκράτης[2]) *Μεγαρεύς* I. G. VII 14 (paene illud putamus nomen Graecum, cf. *Ἀρχοκράτης* I. G. XII 1, A 1111).
Ἀρποκρατίων I. G. III 1369.
Ἀρποκρατίων I. G. III 1176.
Ἀρποκρατίων Argivus Athen. XIV 648 c.
[*Ἀρπο*]*κρᾶς* I. G. XIV 2339.
Ἀρποκρατίων (agnomen) I. G. XIV 916.
Ἀρπόχρους I. G. XIV add. 1418 *a*.
[*Ἀρ?*]*ποχράτης* B. C. H. XXIX 1905, 573. Deli.
Ἀρποκρᾶς Ξάνθιος καὶ Παταρεύς Lyc. II II 12. aet. Rom.
Ἀρποκρᾶς B. C. H. XVI 1892, 225. Olympi.

---

ulla dubitatione *Σερᾶς* cum theophoro *Σεραπᾶς* coniungendun est, quia in tertio Oxyrrhynchiorum volumine papyrorum (ed. Grenfell et Hunt) occurrit *Σερᾶς* (e *Σερῆνος* ortum?), sed semper forma *Σαρᾶπις* (*Σαραπίων*).

[1]) Pro **Ἀμονοκλῆς* Homolle: F. d. Delphes, tome III, fasc. II 19 nomen *Ἀμεινοκλῆς* legendum esse existimo.

[2]) Sic scribendum est, non **Ἁρποκράτης*. cf. Guil. Schulze K. Z. XXXIII 1895, 241.

Αἴλιος Ἁρποκρατίων A. M. XXXI 1906, 565. Perinthi.

Ἀλφακράτης Lat. II *Γοργ.* 401. aet. imp.

Ἀλφοκράτης Lat. II *Γοργ.* 402. 1. 2. sc. p. Chr. n.

Ἀλφοκράτης Lat. IV *Γοργ.* 441: aet. imp.

Ἀνουβίων P. H. 176. Coi.

Ἀνουβίων Le B.-W. 1143. Cii, in oppido Bithyniae.

Ἀπίων Ἀλεξανδρεύς P. H. 171. Coi.

Ἀπίων Pap. Americ. sch. II 238.

[*Ἀπ*]*ίων* Arch. epigr. Mitt. 1883, 178; in Bithynia.

Ἀπίων Num. Z. XXI 145; in Phrygia.

Ἀπίων I. G. IX 2, Lar. l. 555, 7.

Ὡριγένης I. G. VII 1766.

Ὡριγένης (agnomen) I. G. XIV 1451; sed *Ὠριγένης* I. G. XIV 940.

Ὡρότυχος I. G. XII 5, 381. Pari.[1])

Ὧρος *Μ. κ. Β. Α'* 84. Smyrnae (ibid. deus *Ἄνουβις*).

Ἔπαφος A. M. XXIV 1899, 179. Pergami. (*Ἔπαφος* = *Ἆπις* Her. II 153. III 27. Ael. V. h. XI 10.)

Nomina vero *Παᾶπις* I. G. II 650 et *Παχράτης* I. G. II 2769 non Graecis, sed Aegyptiis imposita esse apparet (cf. Guil. Schulze: Zur Geschichte der lateinischen Eigennamen, p. 122).

Postremo mentionem facio nominis *Τριφιόδωρος* (Aegyptius Suidas s. v. et s. *Νέστωρ. Ὀδύσσεια.* Tzetzes, Posthom. 209. 700), quod non nisi in Aegypto invenitur atque aetati recentissimae est attribuendum.

Epimetrum.[2])

Πάντες θεοί.

Postquam iam antiquiore aevo duodecim dii Olympii consociati sunt, post Alexandrum Graeci universos deos venerabantur, quin etiam eo processerunt, ut iis comprehensis unum deum, qui *Πάνθεος* appellabatur, adorarent. Ad eos autem pertinent et mensis et hominum nomina post Alexandrum Magnum interdum

---

[1]) Falso lectum est nomen *Ὡροφάνης* I. G. XII 3, Mel. 1172.

[2]) Quamquam ad ea, quae his capitibus commentationis meae exposui, permulta adicienda esse non ignoro, tamen hoc loco nihil opus videtur; namque maiores sunt illae et de universis deis et de nominibus Christianis quaestiones magisque arduae, quam quas exiguo spatio dato, cum ad finem tendat disputatio iam nimis prolixa, paucis verbis possim absolvere ac pertractare.

occurrentia, quorum e numero exempli gratia satis habeo pauca afferre:

Πανθεία Perg. 576 B 1 (mensis *Πάνθειος* Perg. 251, 1. Magnesia 61: Antiochiae Persid.).
Πανθεία I. G. XII 3, suppl. 1399.
Πανθείδης *Τραλλ°* 99.
Πανθείδας Dalmat. p. 7.

Nomina Christiana.

Extremum, quod Graeci procreaverunt, theophorum est, si a nomine *Γρηγόριος*[1]) similibusque recesseris, *Χριστόδωρος*:

Χριστόδωρος Thebanus Suidas, [Eudoc. p. 436].
Χριστόδωρος ἐποποιός Aegyptius Suidas [Eudoc. p. 436] et al.
Χρ[ηστ aut *ιστ]όδωρος* *M. κ. B. E'* 38; in Thracia (cf. U. de Wilamowitz: Griech. Lesebuch II Adn. 225.)
Χριστοφόρος C. I. G. 8705. 8796, aliaque plura.

Sed iam Christiana doctrina ex Asia importata evanescunt cultus deorum, qui cum hominibus intimo usu sunt coniuncti, et increbrescunt nomina *Θεόδουλος* iam antea Graecis e religione Iudaeorum aliarumque gentium Semiticarum notum et *Χριστόδουλος* tum demum fictum, quibus homines servos esse deorum significatur (*Κύριε, βοήθι τῶι δούλωι σου Χριστοδούλωι* B. C. H. XVIII 1894, 24, in Caria): verum tamen manent etiam Christiana aetate theophora Graeca non iam ratione percepta, et nostris temporibus Graeci gloriae maiorum haud immemores e vetustate depromunt, quae olim in usu erant, et alia nomina et theophora.

[1]) Cf. U. de Wilamowitz: Die griechische Literatur p. 210.

	inter theoph.	Ἀθηνᾶ	Ἀπόλλων	Ἄρτεμις	Ἀσκληπιός	Ἀφροδ-	Ἐπαφροδ-	Βάκχος	Διόνυσος
Thessalia	700	28	88	16	31	23	15	8	63
Phocis	50	—	3	—	—	3	4	—	4
Locris Or.	20	1	1	1	—	—	1	1	3
Locris Occ. . . .	25	—	2	—	1	1	—	1	4
Acarnania	15	1	1	—	1	—	—	—	3
Ins. Ionic.	55	2	9	1	4	1	—	—	8
Boeotia	1500	137	124	17	16	24	25	12	176
Euboea	250	12	23	5	3	2	—	3	17
Att. I. G. I. . . .	170	10	11	2	—	—	—	—	13
Att. I. G. II. . . .	2500	89	258	54	56	18	1	19	286
Att. I. G. III. . .	3600	237	334	96	202	275	108	21	414
Argolis	430	18	49	10	22	22	16	—	26
Laconia	70	1	15	1	2	4	3	—	5
Arcadia	135	1	13	5	4	12	4	1	8
Creta	45	—	4	2	1 [1])	—	—	—	2
Rhodus	480	25	41	18	11	6	2	2	36
Cos.	300	15	36	6	12	2	11	2	7
Thera-Melus . . .	380	13	55	9	9	15	18	5	22
Amorgus	120	9	7	1	3	8	8	1	9
Naxus al.	240	8	25	9	7	2	7	2	14
Samus	160	3	20	12	6	3	1	—	7
Chius	110	11	18	5	5	—	—	—	6
Lesbus	230	6	23	19	6	1	5	4	17
Caria	220	8	38	21	4	1	2	—	26
Cnidus-Halicarn. .	100	7	13	6	4	2	4	—	5
Miletus	130	—	20	7	5	—	1	3	20
Priene	450	29	62	19	11	1	6	1	21
Magnesia	370	7	63	31	6	3	1	1	24
Ionia	1100	32	182	81	34	—	6	6	75
Lydia	210	8	31	26	9	1 [2])	2 [3])	1	10
Pamphylia	65	3	6	14	—	12	—	1 [4])	1
Phrygia	1500	19	296	99	80	3	11	6	89
Isauria	270	4	18	57	28	1	1	1	10
Cilicia	220	19	24	8	5	1	1	—	7
Pergamum . . .	1230	67	169	61	181	2	3	10	68
Aeolis mer. . . .	140	7	22	8	5	–	3	—	3
Aeolis	140	3	23	5	3	—	—	2	12
Myrina	120	12	17	6	3		—	2	6
Bithynia	300	4	26	7	51	4	2	1	15
Macedonia . . .	330	7	29	20	10	6	6	4	45
Thasus al. . . .	650	32	71	31	13	4	2	8	60

[1]) 4. sc. p. Chr. n. [2]) inf. aet. [3]) inf. aet. [4]) aet. Rom.

Δημήτηρ	Διο-	Ζηνο-	Ἑρμῆς	Ἥρα	Ἡρακλῆς	Ἶσις	Μήν	Μήτηρ	Ὀλύμπιος	Ποσειδῶν	Πύθιος
46	64	8	40	13	50	24	13	13	13	8	22
3	10	—	3	1	4	—	—	1	1	—	4
1	—	1	—	1	—	—	—	—	—	—	4
2	1	—	1	—	2	—	—	—	—	1	2
—	1	1	—	2	3	—	—	—	—	—	—
1	4	—	4	1	3	—	2	3	—	1	1
83	161	5	106	80	38	18	2	35	51	8	137
10	17	—	10	12	10	3	2	1	10	9	57
4	55	—	10	3	7	—	1	—	3	6	15
172	546	36	124	53	73	15	24	35	63	31	128
138	258	63	231	24	116	284	116	63	58	26	39
18	38	2	27	18	19	7	16	6	15	7	26
5	saep.	—	3	1	4	—	—	1	4	1	1
15	19	—	10	4	5	2	2	—	2	1	4
2	10	3	3	4	—		1	1	—	-	2
21	60	24	54	20	–	1	13	5	4	8	44
25	saep.	8	20	25	4	6	6	3	3	3	30
8	69	—	44	19	8	2	6	1	1	7	26
4	10	1	19	5	3	5	1	2	—	2	4
18	32	7	10	5	10	11	4	4	2	3	16
16	14	4	10	11	3	—	6	8	—	7	3
2	1	5	10	11	—	2	1	6	—	4	2
9	28	2	15	4	7	3	6	14	—	8	7
13	22	2	19	8	5	—	2	3	—	5	4
6	15	2	13	5	—	1	—	2	1	2	—
11	12	—	5	3	1	4	6	3	—	8	1
11	50	9	13	31	2	11	25	28	3	22	17
36	35	15	22	18	1	1	8	15	1	11	18
45	60	20	86	42	40	6	61	85	2	11	44
9	14	2[5])	25	2	8	2	8	10	1	—	1[7])
4	1	—	2	—	2	1	6	1	—	—	—
61	141	31	106	12	18	—	233	30	12	8	7
25	35	4	27	—	5	1	10	2	8	2	—
11	31	20	37	5	4	1	7	1	—	1	1
38	87	7	41	16	30	5	167	47	1	16	6
5	11	2	8	3	5	1	21	8	2	1	1
10	11	1	13	2 (7)	4	—	10	7	2	2	6
2	9	1	6	13	2	1	7	5	1	2	3
20	38	1	22	2	8	1	23	10	8	4	1
45	20	3[6])	23	5	18	10	1	2	5	9	7
25	35	3	26	68	28	8	13	30	8	11	80

[5]) aet imp [6]) aet. imp. [7]) 3. sc. p. Chr n.

Vita.

Natus sum Ernestus Carolus Guilelmus Sittig kalendis Februariis a. 1887 Berolini patre Carolo, matre Clara e gente Kobelius. Borussus sum, fidem profiteor evangelicam.

Postquam in gymnasio Lichterfeldensi, quod per novem annos frequentavi, litteras me docuerunt et Julius Waſsner, quo directore illud tum florebat, et alii viri doctissimi, qui quanta fuerint humanitate ac benignitate, numquam obliviscar, vere a. 1905 testimonium maturitatis adeptus inter cives Universitatis Ienensis receptus sum, unde post duo semestria Halas me contuli. Vere a. 1907 Berolinum transgressus autumno eiusdem anni Halas reverti, ubi ad hoc tempus in numero fui civium academicorum.

Docuerunt me viri illustrissimi

Ienenses: Baentsch †, Delbrueck, Eucken, Gelzer †, Goetz, Hilgenfeld †, Hirzel, Liebenam, Reichardt, Staerck, Wendt.

Berolinenses: Delitzsch, Dessoir, Diels, Imelmann, Pfleiderer †, M. Schmidt, Guil. Schulze, Stolze †, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff.

Halenses: Bechtel, Blaſs †, Consbruch, Ebbinghaus †, Fries, Geiſsler, Haupt †, Hertzberg †, Hoelscher, Ihm †, Kautzsch †, Kern, Menzer, Muff, Niese †, Philippson, Praetorius, Robert, Rothstein, Schenck, S. Schultze, Schwarz, Steuernagel, Uphues, Wissowa, Wohltmann, Zachariae.

Proseminarii philologici Ienensis per duo semestria sodalis fui moderantibus Gelzer, Goetz, Reichardt, proseminarii Halensis per sex menses regentibus Ihm et Consbruch, totidem Berolinensis docentibus Diels, Wentzel, Imelmann, M. Schmidt. Deinde viri clarissimi Wissowa et Kern me receperunt in seminarium philologicum. Ad exercitationes Hebraicas me benigne admiserunt Staerck, Steuernagel, Delitzsch, Hoelscher; ad grammaticas Guil. Schulze et Bechtel, ad epigraphicas Kern, ad historicas Niese,

ad archaeologicas Robert, ad paedagogicas Fries, ad rhetoricas Geifsler. Linguam Indicam me docuit Zachariae, Persicam, Gothicam, Lithuanam Bechtel, Arabicam Praetorius, Aramaicam Kautzsch et Praetorius.

Omnibus praeceptoribus meis semper gratam habebo memoriam, imprimis autem Ottoni Kern et Friderico Bechtel. quorum benignitati quantum debeam, singulatim commemorare longum est, neque unquam obliviscar studiis meis summa humanitate favisse viros illustrissimos Franciscum Praetorius, Carolum Robert, Guilelmum Schulze, Georgium Wissowa, Theodorum Zachariae.

Restat, ut gratias agam Augusto Danielsson, Friderico Hiller de Gaertringen, Gustavo Körte, qui non solum sunt viri doctissimi clarissimique sed etiam benevolentissimi, neque omittam Curtium Regling ac directorem gymnasii Kaadensis, quorum uterque benigne me adiuvit. Ut plagulae huius commentationis correctiores evaderent, effecerunt, qua erant in reliquis omnibus rebus erga me comitate ac liberalitate, viri illustrissimi F. Bechtel et O. Kern.